





---

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS

DE

NEUMONIA.

---

Dr. Jaffrey  
with best Complts.  
from the Author



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS

DE

PNEUMONIA;

*QUAM,*

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,

D. GEORGII BAIRD, SS.T.P.

*ACADEMIÆ EDINBURGENÆ PRÆFECTI;*

NEC NON

Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu, et

Nobilissimæ FACULTATIS MEDICÆ Decreto;

PRO

*GRADU DOCTORIS,*

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

JACOBUS ROBISON,

*SCOTO-BRITANNUS:*

Ad diem 12. Septembris, horâ locoque solitis.

---

EDINBURGI:

EXCUDEBANT ADAMUS NEILL ET SOCII.

=====  
M DCC XCIX.

C



VIRO EXIMIO,  
ROBERTO CLEGHORN, M. D.  
CHYMIÆ  
IN ACADEMIA GLASGUENSI  
DOCTORI,  
GRATI ANIMI  
TESTIMONIUM;  
ITEM,  
FRATRI MEO,  
ROBERTO ROBISON, ARMIGERO,  
OB MULTA IN ME OFFICIA,  
HOC OPUSCULUM,  
AMORIS FRATERNI  
PIGNUS,  
SACRUM  
ESSE  
VOLO  
JACOBUS ROBISON.



# DISPUTATIO MEDICA

## INAUGURALIS

DE

# P N E U M O N I A .

---

**I**N regionibus frigidioribus, præsertim in  
iis quibus cœlum multùm et subitò va-  
riat, frequentissimi observantur pulmonum  
morbi. Quoties enim inspiratur, tota sub-  
stantia eorum interna, aëri exposita, hisce  
mutationibus afficitur. Hac ex causa origi-  
nem ducunt Catarrhus, Pneumonia, Phthisis,  
ac tota cohors malorum thoracis, quæ tantas

strages quotannis, præsertim in Britannia, e-  
dunt. Hæcque hoc ordine sæpe procedunt :  
Hominem tussi leni laborare haud rarò vide-  
mus ; tussis neglecta, vel perperàm curata,  
ingravescit ; ac nunc instant et urgent om-  
nia signa Pneumoniæ violentæ ; hincque  
deinceps vomicæ in phthisin insanabilem tan-  
dem desituræ.

Hosce morbos etiam perfunctoriè stringere,  
limites nostros longè superaret : pauca igitur  
de inflammatione pulmonum aut membrana-  
rum eos investientium, vel, ut nosologis op-  
timis vocare placet, de Pneumonia, differe-  
mus.

Inflammationem pneumonicam multas in  
species ac varietates olim dividebant aucto-  
res, prout parenchyma pulmonum, membra-  
namve quæ eos investit, affici arbitrati sunt.

Longiùs

Longiùs etiam processerunt quidam; discrimen enim pleuræ diaphragma tegentis inflammationem inter partemque illam quæ costis adhæret, instituendum esse existimârunt: hocque factò, signa diagnostica, quibus omnibus in casibus internoscere possent medici utro morbo laboraret ægrotùs, indicârunt: illi nomen Paraphrenitidem, huic Pleuritidem, indiderunt; et inflammatio substantiæ pulmonum parenchymatosæ apud hos scriptores Peripneumonia dicta fuit. Clariss. CULLENUS, "aliquid," ut ipse dicit, "opinionibus et consuetudini medicorum concedere volens," in Nosologia sua, opere reverà utilissimo, Pneumoniam in Peripneumoniam et Pleuritidem divisit: sed postea, in libro cui titulus est, "First Lines of the Practice of Physic," has divisiones ac distinctiones utpotè vanas inutilesque repudiavit, omnesque sive pulmonum sive pleuræ inflammationes

flammationes sub genere *Pneumonia* rectè comprehendit, signorumque inusitatorum, ex rebus minùs generalibus provenientium, nullam rationem habuit; quippè nec sedem morbi accuratè demonstrant, neque, si hæc verè diversa inveniretur per incisionem cadaverum, symptomata, pro sede morbi diversâ, multùm variari, constat; sed quod ad rem maximè pertinet, ratio medendi nulla ex parte his distinctionibus mutatur.

Inflammatiò pulmonica, utcunq; diversa sedes fuerit, sive pleuram omnibus in plicis ac duplicaturis, sive partem solummodò quandam affecerit, sive denique substantiæ pulmonum inhæserit, signis sequentibus insignitur:

“ Pyrexia;



“ Pyrexia; dolore in quadam thoracis  
“ parte; respiratione difficili; tussi.”

## H I S T O R I A.

INCIPIT ut plurimum frigoris sensu, cum rigore et horrore; quæ brevi, calorem, magnam siti, inappetentiâ cibi, pulsu citato, aliisque pyrexiaë symptomatis, excipiuntur; quæ interdum eò ingravescit, ut cephalæam ac delirium inducat. Hæc signa aliquamdiu facile prius observari possunt quàm pneumoniæ propria ulla ferè cernuntur; alias autem, prima etiam inter signa dolor thoracis, spirandi difficultas tussisque observantur.

Dolor lateris sæpe admodum pungens et acutus, interdum violentissimus paucis horis  
evadit.

evadit. Haud rarò tamen profundus est ac obtusus, et de sensu ponderis potius quàm doloris cujusvis quæritur æger; qui plerumque uno in loco fixus hæret, nunc ab una parte thoracis ad aliam propagatur, et nunc, uno latere relicto, in altero sentitur: hunc in modum, aliis alias partes, plerumque autem latus alterutrum occupat; præ cæteris verò circa mediam sextæ septimæve lateris costæ longitudinem sedem frequentissimè sibi delegit; ac etiam si inflammatio magnam per superficiem sese extendat, de dolore hoc in loco maximè conqueritur æger, quia hujus partis motus inter inspirandum præcipuè augetur. Dolor autem, ut antea innuimus, locos alios aliàs sæpe occupat, prout morbus hâc vel illâ parte thoracis infederit, vel in una magis quàm alia sævierit; sed quacunque in parte fuerit, sive antèrius posteriusve, sive alterutro in latere, sive denique in ima

parte

parte thoracis, ita ut aliquod viscerum abdominis inflammatum simulaverit, ægro inspirante aut tussiente semper augetur : hincque spirandi difficultas quæ hunc morbum nunquam non comitatur.

Spiritus pro violentia doloris plus minusve difficilis ; dilatatio enim pulmonum iusta eò impeditur, dolor hâc saltem adeò augetur, ut æger quàm minimum aëris possit inspirare conetur : hocce signum per totum morbi decursum perdurat, ac interdum eò ingravescit, ut facies intumescat atque livida evadat : magis minusve urget pro corporis positu, et ægrotum ferè maximè laceffit quando in latere affecto decumbit ; sed decubitus in utrumvis latus difficilis plerumque observatur, ægrotoque spirandi liberè tantùm copia est quum in dorsum jaceat, neque hæc semper nisi trunco corporis erecto.

Hunc

Hunc morbum semper comitatur tuffis moleſta, quæ initio ficca, poſteà humida evaſura aliquandò cruenta ; haud rarò tamen ab exordio humida contingit : mucus qui rejicitur, colores varios, ut albidum, flavum, vel etiam viridem, et ſanguine tinctum, oſtendit ; craſſitiesque ei diverſa eſt. Tuffis reverà maximam moleſtiam ægro faceſſit ; cætera enim ſymptomata dolorem imprimis ac difficultatem ſpirandi intendit, et ægrum immaniter torquet, et ſomnum per plures dies nocteſque prorsùs adimit.

### PNEUMONIÆ TERMINATIONES.

PNEUMONIA, ut reliqui morbi inflammatorii, reſolutione, ſuppuratione, vel gangrænâ, terminari poteſt. Finem autem, nimirum:

ràm effusionem, sibi propriam habet, quæ, pulmonibus inflammatis, in cellulas bronchiales fit, et sic suffocationem statim producit, vel pleurâ solùmmodò affectâ in cavam thoracis universam fit effusio; hincque oritur morbus cui inditur nomen Hydrothorax.

Etsi inflammatio pneumonica resolutione sponte interdum finiatur, huic tamen nunquam fidendum est; morbus enim ferè semper remedia efficacissima et præsentissima postulat. Profluvium sanguinis ex naribus vel venis hæmorrhoidalibus, primis mali diebus eveniens, dicitur morbum solviffe. Aliàs hæc terminatio, diarrhæam biliosam, aut urinæ turbidæ profusionem sedimentum copiosum deponentem, comites habet: sudor calidus ac profusus, quique per totum corpus diffunditur, hanc etiam aliquandò comitatur: post quem pulsus minùs frequens eva-

dit, calor corporis minuitur, ac cætera signa pyrexiaë paulatim evanescent. Stipatur etiam, etsi rariùs, eruptione cutaneâ erysipelatosâ, seu parvulis ulcusculis phlegmonodeis variis in partibus corporis. Frequentissimè autem, hanc terminationem comitatur vel præit expectoratio plena mucii viscidioris et subflavi, quique faciliè excreatur et sine tussi dolente: tussis nunc lenis evadit, faciliè spirat et dolore ferè penitùs caret ægrotus.

Faciliè intelligitur quâ ratione hæ evacuationes, criticæ dictæ, pneumoniaë finem feliciter imponere possunt: harum autem aliæ potiùs inter symptomata, quippe resolutionem quadantenus locum obtinuisse demonstrantes, quàm causæ ipsæ ejus existimandæ sunt.

Pneumoniaë



Pneumonia hoc modo intra septimanam primam sæpè finitur; sæpiùs tamen usque ad secundam producitur morbus; ac si, malo persistente, quidquam remiserit ac iterum impetum redintegraverit, usque post tempus multò longius morbus resolvi potest. Si tamen spatium temporis jam dicto persistit, nec quicquid remiserit symptomatum violentia; si dolor, sine expectoratione quâlibet, adhuc permanferit, vel si expectoratio jam incepta nunc substiterit; sique cum difficultatè adhuc spiraverit æger; tunc, remediis idoneis olim adhibitis, in suppurationem morbum abiturum esse suspicandum est.

Si hæcce terminatio jam inceperit, rigoribus partibus in variis corporis, necnon sudoribus circa collum atque pectus frigidis et viscidis, corripitur æger; quæ nobis etiam remissione doloris, urgentibus dyspnœâ et  
tussi,

tuffi, de gravitatisque fenfu potiùs quàm dolore conquærente ægroto, innotefcit. Si apofteffa in cellulas bronchiales fuum pus ftatim effuderit, haud fine caufa metuenda eft fuffocatio fubitanea; attamen fæpè e pulmonibus fupervenit expectoratio purulenta, phthifisque lethalis, hecticâ luctuosâ comitante, fœenam concludit.

Pneumonia in gangrænam abiens, ægrum e medio femper tollit; hæc terminatio aliquandò effufionem fodalem fibi adjungit; effufio verò fine gangræna fæpè contingit. Signa quæ hosce duos fines infigniunt, tantum fimilitudinis inter fe habent, ut ea dignofcere vix ac ne vix quidem poffent medici. Hæc funt remiffio doloris, tuffis ferè ceffans, dyfpnœa graviffima, fputa interdum diverfi coloris, fæpiùs atra, ftriisque cruentis interftincta, quæque odorem ingratiſſimum exhalant.



exhalant. Mortem appropinquantem præeunt pulsus debilis, frequens et intermittens, vultus mœstus et lividus, aërque raucum faucibus fonans.

### DIAGNOSIS.

Si symptomata huic morbo propria, a nobis jam recensita, accuratiùs considerata fuerint, eum inter ac quemvis alium tanta intercedit dissimilitudo, ut ab omnibus aliis facilè dignoscatur.

Dolores laterum, musculos intercostales occupantes, spiritu difficili etiamque tussi aliquâ stipatos, interdum offendimus. Primo intuitu hi medicum minùs peritum fallere, proque inflammatione pleuræ pulmonumve ab eo cenferi possunt. Facilè tamen internoscendi

noscedi sunt; nullam enim affectionem generalem in corpore producunt, et vel a spasmus vel a rheumatismo oriuntur. Nisi violentis, nimirum currendo, saliendo, magna pondera elevando, vel quidvis aliud agendo quod musculos, qui respirationi inserviunt, nimis exercent, sæpè inducuntur. Eos præcedunt nullus horror, calor solito major, fitis, aliudve signum febrile: remediis externè applicatis, scilicet, rubefacientibus potiùsve emplastro vesicatorio, facilè cedunt.

Qui affectibus hysteriis et hypochondriacis laborant, doloribus laterum quibusdam, iisque sæpè admodum acutis, vexantur. Sanguinis detractio copiosa ac repetita, quæ pneumonicis prodest, his sine dubio multum noceret. Ab Equite JOANNE PRINGLE, medico peritissimo, observatur: " That to this  
 " kind of flatulent stiches every person is  
 " liable

“ liable when brought low by sickness, and  
“ especially by any disorder of the bowels.  
“ These pains may be owing to wind con-  
“ fined, or to excrements pent up in that  
“ part of the colon next the diaphragm.  
“ They generally strike from the breast to  
“ the back, or from side to side, affect the  
“ breathing, and are sometimes attended  
“ with a short and frequent cough. But  
“ the fever and sickness of the blood, with  
“ other marks of a true pleurisy, are want-  
“ ing. Bleeding may do harm, but carmi-  
“ native laxatives, with warm applications  
“ to the part, give ease. A blister perhaps  
“ is the only remedy common to both \*.”

Carditidis

---

\* Vide Observations on the Diseases of the Army,  
pag. 144.

Carditidis symptomata ferè eadem esse ut in pneumonia olim a VOGELIO observatum est; cujus etiam in sententiam ivit CULLENUS. Inter pneumoniam verò et carditidem, hoc maximè interest, quod in hac symptomata omnia graviora sunt, et adfunt anxietas permagna, pulsus inæqualis, palpitatio et syncope.

Pneumonia interdum a hepatitide dignoscenda; nam dolor ad partem inferiorem lateris thoracis dextri sentitus hepatitidem adè simulat, ut pro ea facilè haberi possit: sed hoc in casu, quæ inflammationem hujus visceris insigniunt, absunt indicia; hâc ratione igitur, discrimen inter duos morbos instituire, haud difficile erit. Imprimis notatu dignum est, in pneumonia abesse dolorem, in hepatitide ferè semper præsentem, ad claviculam et summum humeri dextri; nec adesse

esse vomitum, singultum, ac istum colorem faciei flavescentem, quem tum SAUVAGESIUS tum SAGARUS, hoc malo definiendo, inter symptomata, forsitan rectè, posuerunt.

Quantum ad splenitidem attinet, falli potest solummodò medicus, ubi dolor ad imam ac posteriorem partem lateris sinistri pertinet. Hoc viscus autem inflammatione acutâ rarò affici, sæpè autem tumore duro non dolente, arbitror; sique inflammatione acutâ unquam tentetur, quæ eam comitantur nulla adsunt propria symptomata, exceptis dolore partis pressione aucto, ac pyrexia, quæ eodem modo ac pneumonia ad amissim curanda.

Quo gastritis a pneumonia distinguatur, commemorasse sufficiat signa huic propria, nempe, “Anxietatem, in epigastrio ardo-  
rem et dolorem ingestis quibuslibet auc-

“ tos, vomendi cupiditatem, et ingesta protius  
 “ nùs rejecta, singultum.”

### PROGNOSIS.

MEDICIS istis, qui hunc morbum rarissimum esse nobis persuadere volunt, minimè credendum est : si huic enim sententiæ assentiretur, multùm detrimenti exindè oriretur, utpotè in morbo, qui remediis validissimis eget, quique periculum ferè semper magnum minitatur, ad praxin debilem ac inertem, et ad debellandos tales hostes feroces nequaquam idoneam, perducturæ.

Ægrotus interdum moritur intra dies tres quatuorve a primo morbi impetu ; sæpiùs verò mitior est, ac fortassè tolli videtur :  
 præfidiis



præfidiis tamen valetudinis bonæ neglectis, citò redit, et ingravescit, viresque novas nactus finem vitæ tandem imponit. Hominem interdum magis adhuc infidiosè aggreditur, lenemque potiùs catarrhum quàm pneumoniam simulat; adeò lentè ingravescentibus symptomatis, ut dies ante octavus decimusve præterierit, quàm medicus arcessitus fuerit, quumque omnia symptomata eò violentiæ jam processerint, ut de vita ægrotantis actum sit. Ubi verò morbus ritè ac tempestivè tractatus fuerit, et ubi usque ad septimanam unam vel alteram symptomatis lenioribus perstiterit, exitum faustum sperare licet. Falsò a quibusdam censetur, resolutionem post hebdomada primam non fieri; sed rebus ita sese habentibus, suppurationem non evitari posse. Si prognosim nostram accuratam esse volumus, rationem symptomatum violentiæ, quàm

quàm diuturnitatis morbi, potiùs habere debemus.

Si perquam sævit pyrexia, si exindè exorta fuerunt cephalæa et delirium, malum est; si pyrexia verò, per totum morbi decursum, lenis fuit, mitiorve indies evadit, bonum; tunc enim vim febris et inflammationis diminui, et demum affectionem pulmonum ipsam citò submotum iri concludere licet.

Dolor fixus et acutus spiritum plenum liberumque impediens, in lubrico ægrotum versari testatur: periculum forsitan majus adhuc minitatur dolor una ex parte ad alteram tendens, vel, uno latere relicto, sedem in altero figens; hoc enim malum ingravescens, ideóque valdè periculofum, indicat. Prognosis etiam æquè infausta est, quum dolor, difficili respiratione comite, unam partem profundus



profundus atque obtusus rodere pergit: et si tamen abfuerit dolor, statim ex re tam fallaci spem de eventu felici fovere non licet; gangrænæ enim insanabilis, jam præsentis, signum est, ac prænuncium mortis.

Inter signa mali ominis, tussis sicca ac violenta semper recensenda: si illa expectoratione liberâ ac facili priùs comitata fuerit, postea autem sicca ac dura evaserit, nulla res infeliciores quidem accidere potest; tale enim signum ferè semper subsequuntur coma, subsultus, lethumque. E contrario autem, si tussis ab exordio ferè, sputo facilè et copiosè excreato, præsertim sanguine tincto, stipata fuerit, hoc felicius nullum signum invenitur.

Rationem

Rationem imprimis spiritûs difficilis habendum est; quò difficilior enim hic, eò majus periculum, ideoque etiam infauftior debet esse prognosis. Si eò procedit, ut nisi positurâ erectâ spirare, ac tunc etiam difficulter, nequeat æger, malum; si sudores frigidæ e capite ac cervice tunc etiam fluunt, iterum malum; si, postremò, facies intumescit, vultusque fit lividus, pessimum est: omnia enim hæcce signa in propinquo esse mortem testantur, quippe sanguinis congectionem caput versus, sanguinemque pulmones, more haud justo, pertransire, nec mutationem chemicam, æquè ac in valetudine bona, inter inspirandum subire, demonstrant. Quæ symptomata, denique, morbum resolutione finitum iri indicant, hæc omnia exitûs felicitis, quæ verò ad suppurationem, gangrænam, vel ad effusionem

effusionem vergere morbum, mali eventûs  
prænuncia.

## CAUSÆ PNEUMONIÆ REMOTÆ.

Imò, *De Causis Prædisponentibus.*

ALII huic morbo aliis, viri fœminis, robusti et actuosi enervatis ac sedentariis, sunt multò procliviores. Milites munus belli fungentes ad pneumoniam sunt admodùm proni\* ; dyspeptici autem, quique vitam agunt inertem, eâ rarò corripuntur, ut monet aphorismus HIPPOCRATIS, “ Qui acidum eruc-  
tant, rarò pleuriticij fiunt.” Provecos æ-  
tate

---

\* Vid. Sir JOHN PRINGLE, p. 15.

tate potiùs quàm juniores adoritur, nec ferè unquam impuberes invadit; “ docuit etiam “ experientia medicos, crebriùs corripì pleu- “ ritide illos, qui femel eâdem decubue- “ runt \*.” Eos rursùm sæpissimè infestat, qui diathesi phlogisticâ præditi sunt, vel qui genio nimis indulgent, vel liquores spirituosiores ingurgitando, vel ventriculum epulis lautioribus onerando, vel corpora nimis exercitando; nam in his, partem versus aliquam singularem, causâ excitante adhibitâ, faciliùs propellitur multùm sanguinis, ac ita hunc in morbum potiùs quàm qui habitu diverso gaudent, quique vitam victu tenui tolerant, nec exercitatione utuntur violenta, sæpiùs incidunt. Diathesis jam dicta, potentissima seu potiùs causa sola prædisponens talium

---

\* Vid. VAN SWIETEN, in Aph. BOER. 881.

lium affectionum, mihi esse videtur; cui assentitur SYDENHAM, etenim observat, quod hic morbus “ temperamento sanguineo præditos præ reliquis aggreditur, sæpè etiam rusticos et duro jam fractos membra labore\*.”

addò, *De Causis Occasionalibus vel Excitantibus.*

CAUSA inflammationis pneumonicæ frequentissima frigus esse videtur, corpori universo simulque pulmonibus ipsis admotum; effectusque eò peiores quò magis subito calori successerit. Hinc morbus hieme ac vere, mutationes propter cœli subitaneas, quàm aliis tempestatibus anni multò frequentius offenditur :

---

\* Sect. vi. cap. iii. pag. 331.

fenditur: qua ex causa quoque vitia pulmonum sæpiùs oriuntur, quum ex theatris, ubi aër calefactus fœdusque, et ex aliis locis huiusmodi, ubi magnus fit concursus utriusque sexûs, in aëra frigidissimum, mordacem, humidumve, prodeunt incautè homines: vel, corpore imprimis calefacto, aquam seu potum quemvis gelidum copiosè hauriendo, inducitur. Hic morbus etiam, prædispositione permagnâ, causis quidem levissimis, quales sunt exercitatio nimis vehemens, aut quivis labor alius improbus, eæque actiones imprimis quæ pulmones ipsas afficiunt, nempe altiùs cantando, vel musices instrumenta diutiùs inflando, vel denique nimis strenuè concionando, facillimè excitatur. Inflammatio ex vaporibus quoque acris in pulmones receptis, ac ita fabricâ eorum læsâ, interdum oritur; vel a vulneribus aut contusionibus externis fiat. Grassata est interdum ita epidemicè, ut malum



lum esse contagiosum quidam medici suspicati sint ; hoc tamen minus verifimile, sed constitutioni cœli aërisque potius tribuendum est. Pneumonia in variola ac rubeola symptomatica existit, et in hac sæpè signum est periculosissimum : catarrhum haud rarò excipit, uterque enim morbus diatthesi eâdem oritur, iisdemque causis efficitur.

### RATIO SYMPTOMATUM.

OMNI disquisitione de *causa proxima* inflammationis prætermisâ, utpotè vanâ, inutili, fortassè ineptâ, rationem symptomatum, quæ hunc morbum insigniunt, redditurus sum.

Corporis

Corporis humani lex esse maximè perpetua videtur, partes qui nervos habent magis sentientes fieri, prout plus sanguinis per ipsarum arterias transeat: hinc dolor qui omnes phlegmasias comitatur; res enim quæ corpus sanum nullo sensu omninò afficiebant, id nunc vi tam magnâ excitant ac percellunt, ut exinde oriatur dolor permagnus. GREGORIUS noſter Profefſor, enumeratis quibuſdam ex cauſis, unde “ varius eſſe poterit ſenſus,” hæc verba ſubnectit: “ Vel a ſtatu vaſorum “ ſanguinem vehentium, quæ minutas nervo- “ ſas fibras comitantur inſeperabilia, quæque “ vel præter ſolitum laxari vel diſtendi, vel “ demum inflammari, poſſunt \*.”

Si

---

\* Vid. Conſpect. Med. Theor. pag. 8c.



Si hoc vitio laborant vasa pulmonum sanguinea feu membranarum quæ eos cingunt, fenfibilitate inde magnoperè adauctâ, omni ex motu costarum, diaphragmatis vel pulmonum, fenfationem nullam olim excitante, moleftiam permagnam vel dolorem oriri oportebit : quò major quoque eft motus, eò quoque magis augebitur dolor, ita enim nervi validiùs afficiuntur ; quapropter etiam, dolor eodem in loco ubi motus eft maximus, fcilicet, circa costas sextam feptimamve, hìc enim loci inter infpirandum thorax ampliffimè dilatatur : hinc quoque faciliùs, unâ quàm aliâ pofiturâ, fpirat ægrotus, motum partium maximè inflammatarum remorando, atque fortasè aëra in partes pulmonum fanas recipiendo.

Quo dolorem minuat, qui inspiratione a-  
deò ingravescat, quàm minimùm aëris æger  
inspirare conatur; hincque spiritus celeris  
ac impeditus hujus morbi comes ferè con-  
stans.

Quodcunque bronchia, vel asperam arte-  
riam, vel glottidem irritat, inflammatione ad  
eas pertinente, ac ita sensibilitate earum val-  
dè adauctâ, tussim excitat: verbi causâ, fit  
mucus quantitate nimîâ excretus, vel solito  
acrior factus, vel denique partes ipsæ, muco,  
qui eas antea defenderat, tussi frequenti or-  
batae, ac ita aëris externi stimulo expositae.  
Quod ad tussim attinet, initio morbi siccam  
postea humidam evasuram, observare licet,  
statum ejus varium a muco et sero in bron-  
chia parcius liberiúsve secreto pendere. Hic  
enim, æquè ac in catarrho, primò adstringi-  
tur,

tur, et postea, morbo decidente, copiosè excernitur.

### PNEUMONIÆ REMEDIA.

REMEDIIUM hoc in morbo præcipuum in sanguinis detractiōne ponitur; ad quod, ut auxilium potentissimum et celerrimum protinùs fugiendum, ac ei ferè soli curatio omnibus in casibus credenda est. Quò temporius hujus remedii usus eò melius; tamen semper in memoria residere debet, sanguinem ex orificio satis magno, et copiosè, pro ægrotantium ætate, sexu, robore, signorumque violentia detrahendum esse.

Omnes

Omnes evacuationes subitæ effectum in corpus univèrsum multò majorem edunt, iisdem lentè ac gradatim factis, etiamfi his quantitas major educta fuerit. In lentis enim exinanitionibus, arteriæ et venæ minori sanguinis quantitati mirum in modum se accommodant ; quum in magnis et subitis præsertim, adeò non hoc fit ut ægri sæpè in syncopen incidant, deficientibus prorsùs viribus quibus sanguis movetur.

In sanguinis quantitate uno tempore mittenda, symptomatum violentiæ ægrotique virium ratio habenda est. Simul ac vena solvatur, difficultas respirandi plerumque minuitur atque dolor lenior evadit ; si autem res aliter accedat, sanguinem usque ad syncopen inductam, detrahendum vulgò medicis persuasum est. Sic morbum penitùs fugatum esse, ac nunquam rediisse, haud negandum est

est: ubi autem spirandi difficultate ingenti vexatur pneumonicus, talis syncope periculo non caret. Tam longè igitur nunquam progrediendum, sed quum primùm adfuerint signa deliquii, quæ sunt pulsus languidus, pallor in oculis, labiis, vultu, sudoris guttulæ in fronte, tunc illico sistendum: venam enim, si opus fuerit iterum iterumque solvere, atque hoc modo omnia commoda sine periculo ullo obtinere possumus.

Quibus unciaë sanguinis paucaë detractæ syncopen inferre valent, ii semper dum sanguis fluit decumbere debent; hæc enim positione, sanguinis jacturam sine deliquio meliùs tolerabunt. Si verò ex illis satis sanguinis primâ vice detrahare non possumus, tunc orificium idem post paucas horas iterum recludere, vel aliam venam solvere oportet; nam sanguis ex iis conatibus subsequenter

multò liberiùs detrahi queat. Ex vena aperta sæpè parùm sanguinis effluere accidit; hocque fit, judice SWIETENIO, “ propter in  
 “ pleuritide dolorem adeò sævum, ut pectus  
 “ vix ullo modo dilatare possint; hinc pul-  
 “ mones parùm sanguinis transmittunt, at-  
 “ que ideo venæ quidem plenæ sunt; sed  
 “ aorta paucum sanguinis recipiens non ur-  
 “ get magnâ vi sanguinem venosum, unde ex  
 “ vena aperta sæpè parùm sanguinis effluit.  
 “ Simul ac verò suspirando pulmonem ma-  
 “ gis dilatant ægri, vel tuffiando illum con-  
 “ cutiunt, sanguis cum impetu exit\*.”

Ubi sanguinis jacturam facilè tolerat æger, uncias sexdecem simul detrahere plerumque sufficiat: pro re nata usque ad uncias viginti  
 vel

---

\* Vid. VAN SWIETEN. Comm. tom. iii. pag. 37.



vel amplius quidem detrahere liceat: hæc exinanitio ingens, attamen ubi non unciaë duodecim mittuntur potiùs parva habenda est \*. Symptomata autem medicum fedulum ac sagacem, pro vi eorum minore seu majore, semper monebunt.

Sanguinis copiâ idoneâ misâ, ac emplastro vesicatorio parti dolenti applicato, pneumonia aliquandò penitùs tollitur †: sæpiùs tamen repetendum est opus; etsi enim haud amplius cernantur symptomata violenta, paucas tamen post horas sæpè recrudescunt; ad hoc remedium igitur statim rursùs confugiendum, atque hoc quamdiu symptomata sævierint.

---

\* Vid. CULLEN. Par. 364.

† Vid. PRINGLE, pag. 146.



fævierint. Nulla univerfæ quantitatis emit-  
tendæ menfura omnibus convenit, quippe  
quæ, pro ætate, fexu, robore, fymptomatum  
violentia varianda eft : quadraginta uncia  
plerumque in hoc morbo mittendæ, attamen  
ante uncias fexaginta, oðtaginta, vel etiam  
centum et triginta detraxerunt aliqui meden-  
tes quàm malum penitûs deceffit : plerifque  
hominibus hoc morbo laborantibus, quatuor  
aut quinque libras intra dies totidem, CUL-  
LENO monente, detrudere poffumus ; fed fan-  
guis, quamdiu fupervenerint fuppurationis  
gangræna vel effufionis nulla fymptomata,  
audenter mittendus.

Si majorem quantitatem e brachio detra-  
here haud fine periculo licet, fi imprimis do-  
lor lateris fixus inter figna maximè confpicua  
exiftit, fanguis, parti affectæ hirudinibus vel  
cucurbitulis cruentis adhibitis, eliciendus.

Qui resolutionem pneumoniæ semper ante-  
iri vel comitari sputa copiosa observârunt,  
hoc semel factò sanguinem non amplius mit-  
tere, et morbum viribus naturæ medicatrici-  
bus concredere præceperunt. Primis verò  
diebus, sanationem nullo modo expectatio-  
ni utcunque copiosæ confidere oportet ; huic  
enim, morbo finem versus vergente reme-  
diisque idoneis adhibitis ac signis omnibus  
mitescens, confidendum est. Hoc qui-  
dem sputum, præsertim sub initio morbi,  
notatu dignum est, missò sanguine potiùs au-  
geri quàm minui, et supprimi tantùm quum  
vires ægroti longo morbo et magnis exinani-  
tionibus prostratæ fuerint ; hocque accidit  
effusione in bronchia factâ, et ægri viribus  
adhuc ampliùs exhaustis,

Inter

Inter remedia pneumoniæ locum secundum tenent vesicatoria, quæ parti dolenti applicata, effectus optimos edunt: haud priùs solent adhiberi quàm sanguis semel vel etiam bis e brachio missus fuerit, ne per suum stimulum obstant beneficio quod a sanguinis detractiōe speratur. Cel. PRINGLE, verò, cujus auctoritas hac in re summa est, quum in castris, ubi juvenes robustos quamplurimos tractabat, eosque labores belli sævissimos perpeffos, ideóque validioribus causis excitantibus expositos, multùm diuque versaretur, nos monet, “ That in treating great numbers,” ut ipse ait, “ I found no inconvenience from  
 “ using the blister immediately after the first  
 “ bleeding; but, on the contrary, a more  
 “ sudden and certain relief. Nay, frequently, when the surgeon was not at hand, I  
 “ have had the plaster put directly to the  
 “ side, and the patient blooded afterwards:”

dicitque

dicitque etiam, " That blisters not only  
" shortened the cure, but prevented the loss  
" of a great deal of blood \*."

Vesicantia pro re nata pluries repetere necesse fit, ac partem dolentem quàm proximè ea admovere semper debemus : partes vesicantæ etiam quàm citissimè sanandæ ; quibus enim sanatis iterumque, si usus postulat, vesicatis, hæcce remedia ægrotantibus multò magis proficient, quàm ubi fonticulos instituerimus. Vim utcunque validam vesicantia exerceant, detractio sanguinis tamen ideò non magis negligenda ; contrà, tantùm pro subsidio sunt usurpanda.

Salibus

---

\* Vid. PRINGLE, pag. 146.

Salibus neutris, utpotè refrigerantibus, alvus laxanda ; fæces enim in pleniore intestino congestæ et induratæ, semper magnam molestiam faciunt, ac pyrexiam generalem intendunt. Purgationem alvi, expectorationi obstare, olim opinio fuit ; quapropter medici ab usu purgantium in hoc morbo diu potiùs abstinuerunt. Si ægrotus antea multùm debilitatus fuerit, magna alvi purgatio, non secus ac sanguinis detractio, vires ipsius adhuc amplius minuendo, sine dubio noceret ; attamen tutò et feliciter, inflammatione vigente, administrantur.

Emetica, magnis dosibus ut vomitum plenum excitent, nunquam administranda ; inflammationem enim pulmonum hoc modo intendere valent : ubi administrantur nauseam producendi consilio, nil magis expectationi favet ; sed finem versus morbi tantummodò,

tummodò, remedia sputum promovendæ idonea, præscribere licet.

Quum hoc e re fore arbitratur medicus, emetica forsan inter optima expectorantia censenda, præfertim antimonialia, parvis portionibus data; quæ autem multùm stimulant, qualia sunt scilla, gummi ammoniacum, amonia, aliaque id genus remedia, periculo nunquam immunia sunt. Mucilaginosæ ac syrups parùm efficacia; fauces tantùm inungendo, ac ita irritationem præcavendo, quæ haud rarò tussim excitat permolestam, nonnunquam fortassè auxilio erunt. Hocque consilio mucilago optimè respondet, quippè enim syrupo viscidior et minùs nauseosa.

Quodvis fluidum diluens, ei gratissimum, copiosè bibere, ægroti quidem multùm magis interest: hujusque potus semper sit tepidus,



cuique miscenda acida vegetabilia, aut, si modò tussim non excitat, nitri quantitas parva. Nunquam autem potui adjiciatur acetum scilliticum, quibusdam commendatum, aliudve quod ægrotus fastidiat; ex talibus enim, nullus alius fructus, quàm ex diligentibus largè adhibitis, expectandus.

Ut sudore spontaneo interdum resolvitur pneumonia, hunc arte inducendum quidam medici suaferunt: si verò reputaverimus remedia pleraque hujusmodi corpus nimis calefacere, et ægrotum lecto inter sudandum affigendum esse, anceps auxilium esse videtur, præsertim quum remedia efficaciora morbus postulat. Ægrotum quidem potiùs in cubiculo frigidiusculo decumbere oportet, ne corpus nimis calescat, quod affectionem febrilem usque intendere possit.



Vapor calidus, vel aqueus, vel aceti paulillo admixto, in pulmones receptus, sæpè multùm profuit : si verò, quod interdum accidit, tuffis hâc ingravescat, tunc statim omitendus.

Opiata, primo morbi impetu, præcipuè si antè præscripta quàm tuffis ac spiritus difficilis, sanguine misso et vesicatoriis curata fuerint, certissimè nocitura sunt. Effectus æquè malos, dolore ac pulsu duro urgentibus, producent. Quum verò pneumonia jam diu perstiterit, symptomatis inflammatoriis priùs remotis, præsertim quum tuffis adest molestissima, et somnus impeditur, tunc, irritatione sopitâ, et somno inducto, ægrosum haud parùm juvabunt.

Victus, per cursum morbi totum, quàm levissimus esse debet ; nil solidi vel stimulantis  
sumendum :

sumendum: aqua hordeata, usque dum duret  
status inflammatorius, solùm potanda: post  
hunc finitum, postque vires evacuationibus  
valdè imminutas, juscula pullina, et similia,  
sumenda: etsi tamen morbus vel per totum  
mensẽm penitùs decesserit, cautè et parcè ad-  
modùm vivere debet convalescens, ut a mor-  
bi reditu sibi præcaveat.



DISSERTATIO MEDICA  
INAUGURALIS

D'E

QUASSIA

ET

LICHENE ISLANDICO:

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

*Auctoritate Dignissimi Vice-Cancellarii,*

WILIELMI LEECHMAN, S. S. T. P. P.

ET COLLEGII GLASG. PRAEFECTI;

NEC NON

*Amplissimi SENATUS ACADEMICI Consensu;*

*Nobilissimae FACULTATIS MEDICAE Decreto;*

PRO GRADU DOCTORATUS,

OMNIBUSQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS;

IN COMITIIS

UNIVERSITATIS GLASGUENSIS,

Eruditorum examini subjicit

H. THEOD. PHIL. CHRIST. EBELING,  
LUNEBURGENSIS.

AD DIEM XIII MAII, HORA PRIMA P. M.

LOCO SOLITO.

GLASGUAE:

IN AEDIBUS ACADEMICIS,

EXCUDEBAT ANDREAS FOULIS,

ACADEMIAE TYPOGRAPHUS,

M. DCC. LXXIX.



VIRO SUMME REVERENDO

JOHANNI JUSTO EBELING,

ECCLESIARUM LUNEBURGENSIVM

SUPERINTENDENTI,

PRIMO AD AEDEM S. JOHANNIS ANTISTITI,

JOHANNEI, QUOD LUNEBURGI FLORET,

E P H O R O,

HOCCE

GRATI ANIMI

PIETATISQUE

ERGA OPTIMUM PARENTEM

MONUMENTUM

SACRUM ESSE VOLUIT

F I L I U S

JOHANNES THEODORICUS PHILIPPUS

CHRISTIANUS EBELING.



# DISSERTATIO

DE

## QUASSIA.

QUASSIAM arborem regio Surinamensis alit, quae inter 317<sup>mum</sup> et 323<sup>um</sup> gradum longitudinis, si ab aequinoctiali Ferro numerum incipis, atque sub sexto et septimo latitudinis borealis sita est. Usus ejus in Europa inclarescere cepit, quum Linnè, qui racemum florum fructus et folia hujus arboris a protribuno militum Dahlberg in patriam reduce accepit, dissertationem, quae descriptionem atque enarrationem virtutum ejus continet, in lucem ederet. Primus, qui hoc remedio, ut Dahlberg refert, ad febres fugandas usus est, et in cujus honorem Linnè arborem Quassiam nominavit, servus Nigrita Quassi fuit. Quum summo successu febrium malignarum, quibus ob atmosphaerae calorem atque numerosas paludes regio Surinamensis maxime obnoxia est, melius ope hujus ligni susciperet, arborem, a qua illud decedebat, omnibus anxie celavit, donec illam Dahlbergio, benevolentia ejus adactus, patefaceret. Sed quum flores



Quassiae jam ante quinquaginta \* annos Surinamensibus ad ventriculi vires restaurandas usui cessisse constat, Hallerque referat, generum suum jam anno 1742 † illo, quum febre epidemica laboraret, tanquam noto remedio, sanatum esse, suspectam hujus narrationis fidem haberemus, contra quam haud minus militare videtur, quod jam ante sexaginta annos frustum hujus ligni in Sebae museo asservatum, ejusque usum jam tunc Indis, a quibus Quassie vocabatur, ‡ notum fuisse, fertur; nisi forsitan Quassi, ut saepe fieri solet, remedium usitatum pro novo ac prorsus incognito venditavit.

Sed haec minus utilia mitto atque ad ipsam arboris descriptionem progredior, quam ex Linnei dissertatione § integram immutatamque tradere coactus sum, quum nunquam mihi hancce arborem videre contigerit; illam enim, quam in horto Edinensi pro Quassiae specie habebant, ad novum genus Picraeae nomine referendam esse repererunt, nec mihi discernere licet, quamnam cum Quassia similitudinem alat, auquid ejus ab illa discrimen sit, quum adhuc nullos flores ostendit.

\* Fermin description de Surinam, Amst. 1769, tom. 1. p. 212.

† Bibliotheca botanica, vol. 2. p. 555.

‡ Schlegel in den Berlinischen Sammlungen, 2. B. 1. St.

§ Amoenitatus academicae, vol. 6.

CALIX Quassiae est periantheum pentaphyllum, brevissimum, foliolis ovatis persistentibus.

COROLLA petalis quinque constat lanceolatis, elongatis sessilibus, aequalibus.

NECTARIUM, squamis quinque, ovatis villosis, basi filamentorum interiori insertis.

STAMINA filamenta decem, filiformia, aequalia, longitudine corollae. ANTHERAE oblongae, incumbentes.

PISTILLUM receptaculum carnosum, orbiculatum, elevatum, germine latius. GERMEN ovatum, ex quinque compositum. STYLUS filiformis, longitudine staminum. STIGMA simplex.

PERICARPIA quinque, lateralia, distantia, receptaculo carnosum, orbiculato inserta, ovata, obtusa, bivalvia. SEMINA solitaria, globosa, glabra.

CAULES teretes, arborei, cinerei, ramis raris, nec multum subdivisis, ramulis ultimis viridibus, punctis impalpabilibus albis adspersis.

FOLIA pinnata, alterna, petiolata, patentia. PETIOLIS communibus, spithamacis, utrinque marginatis, membrana tenuiuscula, ad ortum foliorum contracta, terminatis in mucroem mollem, subulatum, marcescentem, pubescentem. PINNAE sive foliola trijuga seu quadrijuga, sessilia, rarius exacte

opposita, lanceolato-ovalia, acuminata, integerrima, laevia, glabra, non nihil venosa, patentia, pervigilia, ante explicationem conduplicata, digiti longitudine, duorum pollicum latitudine, membranacca nec rigida, persistencia saepe per totum autumnum, haud tamen perennia, laete viridia.

FULCRA Stipulae nullae sunt nec arma. RACEMI terminales simplices, BRACTEIS alternis, linearibus reflexis, corollisque magnitudine et fere forma Dictamni albi.

A Zygophyllo igitur, ad quam pertinere Rolander putabat, fructu discrepat, qui in Quassia ad idem receptaculum carnosum pericarpis quinque, distantibus, monospermis gaudet, quum in Zygophyllo capsula quinqueloculari et monosperma constet.

A Linneo olim \* ad decandriam monogyniam numerata fuit, nomenque specificum † amarae accepit, in ultima vero systematis vegetabilium editione ‡ video, novas observationes docuisse, eam ad dioeciam decandriam pertinere, classem, quae cum Monoecia et Polygamia exulanda foret, quum fere omnes earum plantae in diversis regionibus utrumque in eodem flore sexum ostenderunt, nisi metuendum esset, ne aliae

\* Genera plantarum, p. 212. n. 529.

† Species plantarum, vol. 2. p. 553.

‡ Linnè systema vegetabilium cura Murray, Goettingae, 1774-  
p. 828.

lasses, quae jam nimium plantarum numerum continent, inde adhuc difficiliores redderentur. Bergius \* in materia medica amarubam, quae antea Burserae gummiferae nomen gerebat, ad idem genus refert, eamque Quassiam dioicam appellat, eastram adhuc sub decandria monogynia locans.

An nux Americana foliis alatis bifidis Commel. hort. 1. 185. t. 94?

Bois de Coiffi Fermin description de Surinam, tom. 1. 212. Alia synonyma mihi non occurrerunt, nec illam in Hancocki descriptione Guianae inveni.

Arbor jam eo tempore, quum Linnè dissertationem de ea scriberet, in horto Upsalensi adfuit, sed, quum nullos flores proferret, species Sapindi habita est, quacum arctam, faciem externam spectas, similitudinem alit. An postea conuerit afferere haud possum.

Ad usum medicum lignum trunci et radice recipitur, sed lignum trunci radice albidius illique amaritiae cedit. Ligno scutulae albae simillimum, transverse sectum ex punctulis depressis, supra totum discum sparsis, frequentibus notatur. Medulla cum alborno tam arcte cohaeret, ut vix ab illo distingui possit. Aquae lignum supernatat, quamvis adeo

\* Materia medica e regno vegetabili, Holmiae, 1778. tom. 1.

durum sit, ut non nisi summo labore in pulverem redigatur. Aeri expositum et exsiccatione cito flavescit. Cortex leviter grifeus, rugosus, fragilis, superficie interna splendente, albidâ, latis maculis nigris distincta. Ligno amariorem reperi. In ramo parvo semipollicis circiter diametro, librum latiusque album illi respondens coloris pulcre ebenini vidi, ita ut ramo transverse secto, circulum nigrum duarum linearum crassitie efficeret. Attamen nec gravitate propria nec amaritiae deficiebat.

Odor corticis et ligni nullus, quamvis in pulverem reductum ferro candenti inspergas. Sapor vero ita amarus, ut Linnè aliique Quassiam omnia alia vegetabilia amaritiae antecellere contendant. Qua de re ut certior fierem, quum alii hanc praerogativam Colombae, alii vero Gentianae tribuant,

#### EXPERIMENTUM I.

Quassiae, Cursutae sive Gentianae luteae sylvestris, Colocynthis, Corticis Peruviani, Lichenis Islandici, Colombae et Gentianae luteae vulgaris drachmam aquae unciis quatuor ad uncias tres coqui curavi. Decocti cujusque grana triginta tria (pondus cochlearis parvi) quatuor aquae purae unciis

miscebantur, quo melius de sapore ejus judicari posset. Lichenem Islandicum experimento ita instituto cortice peruviano amariorem reperi, sed cortex linguam statim, Lichen vero non nisi post aliquot minuta secunda affecit. Quassia Colombam amaritiae multo superavit, statimque saporem suum linguae impressit, quum Colomba illum non nisi post aliquot minuta secunda exfereret. Colomba Gentianam vulgarem affecit, Colocynthis vero, cui tamen sapor haud pure amarus, Quassiae palmam praeripuit. Omnium autem amarissima Cursuta fuit, cui sapor satis purus, sed Quassia multo ingravior. Hunc itaque ordinem sequuntur, Cortex peruvianus, Lichen Islandicus, Gentiana, Colomba, Quassia, Colocynthis, Cursuta; documentum, quantum virtutis plantae saepe cultura perdant, quum Cursuta eandem cum Gentiana vulgari speciem constituat, eo tamen discrimine, quod haec plerumque in hortis colatur, illa vero in regionibus borealibus sponte crescat.

## EXPERIMENTUM II.

Decocti et infusi color addita salis martis solutione nullo modo mutabatur, indicium satis certum, vix ullam vim adstringentem Quassiae inesse, nec caro, quae in illis per aliquot



dies asservabatur, manifesta constrictionis signa ostendebat. Aroma nec odor nec fapor prodit.

### EXPERIMENTUM III.

Ad optimam vires Quassiae extrahendi methodum indagandam Quassiae raspatae scrupulum tribus aquae unciis ad uncias duas coqui, deinde scrupulum aquae bullientis, alium vero aquae frigidae unciis duabus infundi, et per viginti quatuor horas seponi; alium aquae bullientis, alium denique aquae frigidae unciis duabus infundi et per horae quadrantem teri curavi. Deinde pulverem Quassiae aqua effusa summa cura collegi, et exsiccavi. Supererant e scrupulo Quassiae aqua frigida tritae—grana 15 et una quarta pars, aqua igitur suspendebantur gr.  $4\frac{3}{4}$  (pulvis fere insipidus)

aqua bulliente tritae	grana 16	suspensa	gr. 4
coctae	gr. $17\frac{1}{4}$	susp.	$2\frac{3}{4}$
aqua bulliente infusae	gr. $17\frac{1}{8}$	susp.	$2\frac{7}{8}$
aqua frigida infusae	gr. 17	susp.	3

Majorem igitur aquam frigidam, praesertim tritu in auxilium vocato in Quassiam vim habere ac aquam calidam aut ipsam coctionem videmus, quod et de cortice Peruviano va-



re Perceival \* observavit. Annon igitur praestaret, plurimorum vegetabilium vires affusa frigida, ut jam in non nullis Pharmacopoleis consueverunt, extrahere, quam ea vehementi actioni subicere, quum partem virium destruere, aut non nunquam mutare constet.

Spiritum Sachari, vinum Malvaticum, Portugalsense, spiritum vinosum tenuiorem, acetum et inprimis spiritum vinosum rectificatum Quassia insigni amaritie imbuat.

Si lignum ipsum exhibere animus est, ruditer tusum leniter exsiccet, et in mortario vitreo probe teratur. Unciam unam hoc modo in pulverem redacta pulveris subtilissimi Pulveris Sassafras sex largiebatur, qui aquae multo majorem, ac lignum ruditer tusum, amaritiam impertiebat.

Quamvis Quassiae amarities purissima, ideoque plurimis non ingrata sit, alia tamen quaedam remedia, quae saporem mitigarent, nec scopo, ob quem Quassiam exhibemus, repugnant, admiscere ratum putavi. Huc praecipue aromatica continent. Zingiberis itaque scrupulum cum Quassiae drachmam in aquae libra ad uncias duodecim coqui curavi, decoctionem vero saporis potius inquinati quam correcti obtinui. Sed Pulvis cinnamomi Zingiberis loco Quassiae additus decoctioni gratum odorem et saporem, quamvis amaritie haud pror-

\* Essays, Vol. I.

fus velata conciliavit. Infuso Quassiae drachmarum duarum in aquae frigidae libra, vini Hispanici albi unciis sex operat, ad amaritiam aliquo modo obtegendam, eidem vero scopo aquae Cinnamomi cum vino unciae quatuor sufficiebant. Tincturae e cortice Aurantiorum, quam ipse, quum Edinburgi in officinis haud proftet, ex corticis Aurantiorum uncia et spiritus vini tenuioris unciis octo, paravi, sesquiuncia infuso odorem gratissimum largiebatur, saporemque satis celabat. Quoad saporem vero tincturae Cinnamomi, quae infuso colorem pulchre rubellum conciliabat, uncia illi palmam eripiebat, nec huic eadem aquae moschatae pars impar erat. Tincturae Kino, quam addidi, ut iis satisfacerem, qui vim corticis Peruviani a particulis adstringentibus amaris conjunctis pendere putant, drachmae tres infusum fere omnino insipidum reddebant. Aetheris vitriolici guttae triginta idem fere praestabant.

Ex syrups non nisi eos adhibere volui, qui aliquid aromatici cum Sacharo jungerent, ne Quassiae vis inde imminueretur. Syrupi Caryophyllorum rubrorum sesquiuncia odorem colorem et saporem pergratum duodecim infusi unciis conciliabat. Eadem syrupi Zingiberis quantitas soli saporis emendando sufficiebat, qui tamen haud ita gratus ac praecedenti Syrupum e cortice Aurantiorum optimum correctorem put

quum una tantum uncia requiratur, ad saporem pergratum  
 atque odorem gratissimum infuso largiendum; nec minus  
 eam ob causam syrupo Caryophyllorum praeferendum, quod  
 omni anni tempore parari possit. Quae de sapore grato lo-  
 cutus sum, non nisi momenta aliquot post assumptum remedi-  
 um spectant, quum postea Quassiae amarities, quidquid ad-  
 das, sese majori minorive gradu semper prodat, nisi remedii  
 vim penitus destruere in animo habeas.

Infusum drachmae Quassiae raspatae in aquae bullientis li-  
 bora per horam sepositae Linnè prae caeteris commendat;  
 optimam vero Quassiam propinandi methodum Fermin putat,  
 semunciam corticis in aquae libris sex ad libras tres vase *probe*  
*occluso* coquere, modo mihi saltem incognito. Surinami prae-  
 fertim tincturam unciae ligni duodecim spiritus vini unciis  
 infusae in usum trahunt. Omnium autem mihi gratissimum  
 videtur infusum drachmarum duarum in vini albi Hispanici  
 libra, quod etiam ad roborandas ventriculi vires maxime con-  
 venit.

#### EXPERIMENTUM IV.

Quassiae raspatae uncia viginti quatuor horas duabus  
 aquae libris infusa destillationi in balneo maris subjiciebatur,  
 donec libra circiter in excipulum transcenderet. Aqua haec

destillata coloris subflavi saporem amariuscum, sed nulla olei aetherei vestigia ostendebat. Oleum aethereum quoque Schleger \* et Paarmann † Quassiae inesse negant, sed Severi ‡ se illud inde obtinuisse refert.

Ex uncia Quassiae sexies coctae non nisi drachmam extracti sicci, quamvis experimento saepius repetito obtinere potui. Eandem quantitatem Paarmann indicat, sed Schlegero plus quam sextam partem largita est. Bergius § non nisi decimam quartam partem obtinuit. Color extracti aquosi fusco ferrugineus est. Granum ejus quatuor aquae libris evidentem amaritiam et colorem lutescentem conciliat. Tinctura spirituosa colorem subluteum ostendit et extracti resinosi Paarmanni vigesimam quartam, Schlegero vigesimam, mihi vero vix trigesimam partem dedit.

Alia ad eruendas Quassiae partes constituentes experimenta facere mihi nec tempus nec occasio permisit. Eas igitur, quas Severi invenisse putat, referam. Duodecim patebatur infusiones, antequam cessaret aquam amaritiae sua imbuere. Infusa haec extracti amarissimi magnam largiebantur copiam,

\* L. c.

† Ligni Quassiae examen. Argentorati 1772. 4.

‡ Commentarius, in quo medicatae vires Quassiae expenduntur. Patavii 1776. 4.

§ Materia Medica e regno vegetabili. 1778. 8. vol. 1. p. 353.

sed non nisi duo ultima flammam concipiebant. Post has infusiones adhuc tincturam spirituosam, cui evidenter resina inerat, dedit, et, quamvis lignum jam plane insipidum videretur, vigesies tamen decoctum adhuc amaritiam suam ostendit. Infusum et decoctum charta bibula trajectum terram pinguem in charta reliquit. Post omnes infusiones ferrum in cinere, et alcali aliquid in lixivio remansit. Varia Quassiae recentis decocta extracta dederunt, quae crystallis formatis pinguem lixiviosam et ferro mixtam in charta bibula terram relinquerent. Crystalli hexaedri linguae frigoris sensum excitabant, igne detonabant, et cum acido effervescebant, manifesto signo, nitrum in illis sale alcali mixtum adesse. Aquae destillatae paucillum olei aetherei innatabat. Destillatio sicca initio aquam puram, tum aquam acidam, spiritum acidum oleumque foetidum largiebatur. Carbo reliquus ferrum, lixivium vero non nihil salis cubici, sapore salis muriatici continebat. Quassiae igitur terram argillaceam, alcalinam, ferream, gummi, resinam et oleum aethereum inesse constat. Elementibus nitrum, alcali et sal muriaticum ostendit. Modum experimentorum dijudicare mihi haud licet, quum Severi dissertationem non nisi ex recensione Halleri novi; hoc vero constat, ab analysi plantarum haud ad virtutes earum medicas concludi posse, quum plurima experimenta a chemicis

Gallicis instituta omnibus fere plantis easdem partes constituentes inesse demonstraverunt.

#### EXPERIMENTUM V.

Ut experirer, quatenus vis Quassiae antiseptica esset, drachmas duas Gentianae, Cuscutae, Quassiae, Lichenis Islandici, salicis et corticis Peruviani in aquae frigidae unciis sex infudi et per viginti quatuor horas sepositas filtro trajeci. Uniuscujusque infusi unciis tribus sanguinis semunciam admiscui, normae loco sanguinis semunciam per se, aliamque aquae purae unciis tribus mixtam apponens. Omnia probe conquassabantur. Paucis post horis Lichen Islandicus multis bullis aereis, salix pluribus, cortex plurimis tecti erant, quorum vero nullae in caeteris reperiabantur. Jam a secunda die sanguis in infuso corticis et salicis fundum petebat, quum aliis infusis probe admixtus remaneret. Bullae aerae in Lichenis infuso plane evanuerant. Per quatuor dies, ad septimum Decembris, per quos thermometrum inter quadragesimum octavum, et quinquagesimum secundum caloris gradum cernebatur, nulla mutatio. *Septimo* Decembris hora octava post meridiem sanguis purus subfoetidus. Therm. gr. 47. *Octavo* hora octava p.



m. aqua et sanguis paululum afficiebantur. Th. 46°. *Nono*  
 hora nona a. m. sanguis putridior, Quassiae odor ingratus,  
 Lichenis acidus, Th. 51°. Hora secunda p. m. Quassia valde  
 putrida, ita ut foetorem aquae et sanguinis excederet; Lichen  
 subputridus, Cursuta parum affecta. Th. 52°. *Decimo* san-  
 guis, sanguis et aqua et Quassia ob foetorem seponebantur.  
 Cursuta subfoetida, Lichen putridior. Th. 54°. *Undecimo*  
 hora octava a. m. Cursuta et Lichen ob foetorem seponeban-  
 tur. Infusi salicis odor acidus, quem a natura possidet, auc-  
 tus. Th. 54°. Hora septima p. m. Salix putridior. *Duo-*  
*decimo* hora octava a. m. Cortéx et Gentiana, haec tamen  
 magis, male olere incipiebant. Salix putrida. Th. 58°. Ho-  
 ra septima p. m. Gentiana subputrida. Th. 57°. *Decimo*  
*tertio* hora octava a. m. Gentiana putrida, Cortex subputri-  
 dus. Th. 52°. Hora septima p. m. Cortex putridus. Th.  
 51°.

Ordo igitur, quo putredinem subierunt, hic est: sanguis  
 purus, sanguis et aqua, infusum Quassiae, quod vero brevissi-  
 mo tempore, ex quo affici ceperat, plane putridum evasit,  
 Lichenis, Cursutae, Salicis, Gentianae, Corticis; ex quo  
 lucet, vim eorum antisepticam nec ab amaritie, quum Cur-  
 suta omnium amarissima sit, et Quassia Gentianam valde ante-  
 cellat, nec a vi adstringente pendere, quae in salice maximo-



pere praevallet. An evolutio aeris a causa mechanica, compressione sanguinis pendet, quum non nisi in infuso Lichenis, Salicis et Corticis Peruviani bullae aereae cernerentur, qui manifesta vi adstringente praediti sunt? Cur vero plus aeris in corticis Peruviani infuso evoluebatur, quam in Salicis, quum haec tamen multo magis adstringens sit? A singulari sanguinis indole derivari posse haud videtur, quum idem phaenomenon bis sese ostenderet.

Idem experimentum postea repetii atque eundem putredinis ordinem observavi, quamvis ob minorem atmosphaerae calorem tardius appareret.

#### EXPERIMENTUM VI.

Infusi Quassiae, Colombae, Lichenis Islandici, Corticis Peruviani, et Cursutae eodem modo parati unciis quatuor immittebatur carnis bovinae semuncia. Salicem omisi, quum mihi copia ejus deficeret, Gentianae vero Colombam substitui, quia non solum ad idem cum Cursuta genus sed ad eandem etiam speciem pertinet. Norma fuit carnis semuncia in aquae unciis quatuor apposita. Post viginti quatuor horas caro infuso Lichenis, corticis et Cursutae manifesta constrictionis signa ostendit, quum in illa, quam infusum Colombae

et Quassiae tegebat, vix ulla oculis aut tactu observari possent. Primis tribus diebus nulla sese ostendit mutatio. Sub finem tertii caro in infuso Quassiae et aqua pura putrida. Quarto tempore matutino caro Colombae putrida, vespere etiam Lichenis. Quinto Cursutae putrida. Sub finem sexti caro in infuso corticis male olere coepit, et septimo tandem plane putrida evasit.

## E X P E R I M E N T U M VII.

Ejusdem infusi unciae lactis recentis vaccini uncia admixtebatur. Normae loco lactis puri uncia inferviebat. Duobus post diebus nulla adhuc mutatio. Duodecim abhinc horis omnia infusa praeter corticis acidum spirabant halitum, sapor nihil indicabat. Quarto die tempore matutino lac ipsum, in infuso Quassiae et Colombae coacta erant, quod et vespere eiusdem diei Lichenis et corticis infuso contigit; Cursutae pro haud ante diem sextum coit.

## E X P E R I M E N T U M VIII.

Colombae, Cursutae, Quassiae, Corticis Peruviani et Lichenis Islandici drachmae duae duabus bilis bovinae unciis

admiscebantur, et singulae in phialis apertis seponebantur. Normam constituebant bilis purae unciae duae. Post triginta sex horas bilis subputridum, Quassia vero ingratum, quamvis haud putridum, odorem spirabat. Post quadraginta octo bilis putrida, Quassia subputrida. Post sexaginta Quassia putrida, Colomba odoris acidi. Post septuaginta duas nulla alia mutatio praeter bilis purae et Quassiae odorem putridum diminutum. Quatuor post diebus Lichen Islandicus subputridus, cortex et Cursuta odoris rancidi. Duodecim abhinc horis Lichen putridus. Insequente die omnia ita exaruerant, ut fere nullum amplius odorem percipere posses.

Decocti igitur Lichenis Islandici, corticis Peruviani, Quassiae, Cursutae, et Colombae hoc modo parati, ut pulveris cujusque drachma aquae unciis tribus ad uncias duas coqueretur, unciae duae bilis bovinae femunciae admiscebantur. Norma erat bilis femuncia duabus aquae purae unciis mixta. Post quadraginta octo horas bilis aquae mixta subputridum quum thermometrum ad quinquagesimum octavum gradum ascendisset, insequente vero die, atmosphaerae calore immixto melius olebat, et post octoginta quatuor horas demum in perfectam putredinem abiit. Quinto die Quassia putrida. Undecimo Colomba acidum halitum spirabat. Duodecimo Colomba putrida, Lichen subfoetidus, sed cortex foetidior. D

cimo tertio Lichen putridus, cortex putridissimus. Cursuta nulla putredinis signa ante diem vigesimum primum ostendit, et vigesimo secundo denuin omnino putrida evasit.

### E X P E R I M E N T U M IX.

Colombae, Quassiae, Cursutae, Lichenis Islandici, et Corticis Peruviani drachma unciae bilis putridae admiscebatur, ut cujusque vires in corrigenda putredine elucescerent. Post horae quadrantem Quassia minus male olebat, Colomba et Cursuta vero subdulces erant. In Lichene Islandico et Cortice nulla apparebat mutatio. Post horam dimidiam Cursuta omnino dulcis, Colomba et Quassia melius olebant, ac antea. Cortex fere foetidior nec sese bili intime misceri patiebatur, ut caeteri pulveres, praesertim pulvis Quassiae, quae omnem bilem probe absorbuerat. Post tres horae quadrantes jam cortex et praesertim Lichen melius olebant, ita ut Quassiam grato odore superarent. Post horam corticis odor melior ac antea. Post horam et quadrantem Lichenis foetor fere nullus, qui post horam et dimidiam denique omnino evanuit. Post septem horae quadrantes Colomba iterum foetere incipiebat. Post quinque horas Cortex aequè dulcis ac Cursuta et Lichen. Post octo horas Colomba et Quassia foetidae. Post

octodecim horas Cortex adhuc dulcis, Cursuta et Lichen foetere incipiebant, Colomba vero foetidior, Quassia foetidissima. Post nycthemerum Cursuta et Lichen odorem omnino foetidum exhalabant. Post triginta sex horas cortex subfoetidus, qui sex abhinc horis tandem in perfectam putredinem abiit. Cortex igitur quamvis tardus ad corrigendam bilem illam tamen diutissime correctam servavit, Quassia vero, quamvis initio putredinem fatis imminueret, eam tamen haud omnino auferre potuit.

Diversam igitur eadem antiseptica vim in fibram solidam diversosque animalium humores exserere haec experimenta probant. In sanguine enim et carne a putredine tuendis cortex primum obtinuit locum, lac vero et bilem Cursuta omnium optime servavit. Virtutem bilem putridam corrigendi ab amaritie pendere ultimum demonstrat experimentum, quum Cursuta Colombam, haec Lichenem, ille vero corticem superaret. Quassia omnium quidem, quum caeteros pulveres levitate excedat, bilem optime absorbit, odoremque initio fatis correxit, quod vero postea sese minus efficacem ostenderit, ei forsitan tribuendum, quod ob majus volumen majorem ac caeteri aeri superficiem praebuerit, quum hocce experimentum poculo, quo ad bibendum infusum theae utuntur, institueretur. In caeteris vero vim ejus antisepticam amari-

iei, qua pollet, minime respondere, haec experimenta aequae illa, quae Paarmann et Severi instituerant, probaverunt. Vim adstringentem cum principio acido haud ita arcte conunctam esse, ac non nulli putant, ex experimento septimo patet, quum lac, cui infusum Quassiae et Colombae admixtum fuerat, citius illo coiret, quod cum infuso Lichenis et Corticis miscueram, qui tamen evidente adstringentia praediti sunt. Acidum vero lac facillime cogere res notissima est. Quod in conservanda bile cortex a Lichene et imprimis a Cursuta tanto gradu superatus sit, inde forsitan derivandum, quod actione magna virium ejus pars pereat, nisi illud insigni Cursutae virtuti, aut sicciori atmosphaerae, quum primis experimentis diebus nubilo, postremis vero sereno coelo fruemur, tribuere velis. A corticis mala indole pendere haud dubitavit, quum in illius et Colombae selectione summam curam adhiberem.

Quassia praecipue in febribus valet, ad quarum sanationem nimis in Europa Linnè eam, nimis forsitan laudibus commendavit, quem multi postea, vel auctoritate ejus vel novitate studio seducti sequuti sunt, quum alii vero cortici nimium suspectantes eam prorsus rejicerent. Cortex quidem diu primum solummodo febrifuga, ut vocant, locum merito obtinuit, atque omnes adhuc, qui aequae efficax remedium pro illo substituere



conati sunt, spe sua exciderunt. Saepe tamen votis minus respondet, aegro eum ob ingratum odorem et saporem omnino recusante, quem nec lacte nec glycyrrhiza, optimis quidem vehiculis, haud ita velare poteris, ut sese non aliquo saltem modo prodat. Alii eum ob singularem idiosyncrasiam averfantur. Hominis cujusdam mentionem Cullen facit, qui ab assumpto cortice convulsionibus corripiebatur, ipseque aliquem novi, cui vel odor solus nauseam excitaret. Praeterea in febre remittente quae saepe tempore autumnali late vagatur et ob magnam bilis copiam, quam aegri evomunt, haud inepte biliosae nomine venit, ea est ventriculi irritabilitas, ut, qualicumque modo eum exhibeas, protinus vomitu ejiciatur. Nec minus hoc in febribus vernalibus tertianis atque quotidianis prostratis aegri viribus accidere solet.\* Non negandum quidem, eum rebus ita jubentibus per anum haud sine fructu injectum fuisse, sed, quum tonus ventriculi a vincendum in corporis superficie spasmus plurimum valeat, haec methodus multo minus idonea est, et plerumque tardius, ac morbi violentia fert, effectus suos edit. Nec desunt observationes, corticem nimia copia ingestum pertinaci alvi obstructioni ansam praebuisse, aut diarrheas maxime noxias excitasse. His adhuc adjiciam, quod saepe, praesertim apud

\* Monro's diseases of the British military hospitals, p. 167, 18



Pharmacopolas belgas, qui viliori pretio omnem quem Angli  
 recufant, avide emere dicuntur, inquinatus aut corruptus  
 proftet, eamque ob cauffam ingenti copia exhibendus fit,  
 ut prorfus inutilis inveniatur. Corticem igitur, quaequae  
 ant ejus vires, faepe alii remedio fecundum effe videmus.  
 Quaffia ejus loco in ufum trahi mereatur, aliorum, quas  
 praferam, observationes docebunt. Non dubito, fore quofdam,  
 qui credant, eofdem effectus aliud quodvis remedium infigni  
 amaritiae praeditum edere potuiffe, quum aliis, quae fenus  
 erunt, virtutibus carere videatur. Nec id prorfus denego,  
 Curfutam, cui amaritiae et vi antifeptica cedit, ut et  
 mentianam grato fapore, et eo, quod fanguinis impetum  
 augeat, antecellit. Colomba quidem nuper magnam  
 famam acquifivit, et vi calefaciente, ut Perceivalis ex-  
 perimentum probat, deftituta eft, atque vi antifeptica magis  
 minet, fed quum fepties majori pretio veniat, et plerumque  
 vermibus corrofa reperiatur, eam haud aequa in laude effe  
 bitror. Nec Curfutam, quamvis e propinqua Norvegiae  
 gione accerfatur, minus mucori obnoxiam inveni, quum  
 quaffia e contrario ob infignem ligni duritiem plurimos  
 nos incorrupta remanferit. Chamomillae flores, quos ad  
 gandas febres jam antiqui laudarunt, in eo peccant, quod  
 erumque diarrheam excitent, et majori copia, quam quae

aegro saepe convenit, ad finem propositum obtinendum exhiberi debeant. Alvum movere plerisque amarum commune vitium, quo vero mendo Quassiam haud laborare aliorum meaque ipsius me docuit experientia. Caeteroquin, ubi febrem sustulit, tam parva dosi illud effecit, ut nullam aegro molestiam exhibere posset.

Quod observationes ipsas attinet, Linnè \* aegrum octogenarium qui semitertiana laborabat, cuique emeticum ob vires debiles, cortex vero ob aversionem dari non poterant, infuso Quassiae, cujus uncia quavis hora exhibebatur, intra duos dies sanavit.

In diversi generis febribus illam emetico aut purgante praemisso nunquam fefellisse asserit Fermin. †

In febribus intermittentibus, Schwenke, cui le Clerc ‡ assentit, repetito adductus tentamine eam cortici praefert, totamque medelam duabus infusi methodo Linnaeana parati libris, aut ad summum quatuor perfici posse contendit.

In quartana, quam summa spirandi difficultas, corporisque tumescencia comitabantur, hominem quadraginta annorum, multis aliis remediis incassum adhibitis sanavit, testante

\* Amoenitates academicae, vol. 6.

† Description de Surinam, vol. 1. p. 212.

‡ Histoire naturelle de l'homme, vol. 2.

Schlegero, \* qui summas ejus virtutes in diarrheis et febribus biliaribus celebrat. Eodem auctore in sudoribus foetidis et tabidi foetor sudorque brevi tempore ab ejus usu remittit, quum tamen febris nullo modo augetur, aut expectoratio diminueretur; nec minus effluvium salivae nimium et diabeten fenis, ut et diabeten post gravem dyffenteriam sanavit.

In tertianis et catarrhalibus illam laudant auctores anonymi versionis Germanicae systematis Linneani. †

De aegro quodam, qui diu febre remittente afflictus corticem quoquo modo exhibitum vomitu ejecit, quem Quassia subito stitit, febremque ipsam brevi tempore sustulit, loquitur Fairley. ‡ Eodem auctore novimus, ter ubi proensio in putrefactionem aderat, et corticem ventriculus haud erret, drachmam Quassiae suffecisse ad morbum tollendum, amque in hoc corticem excelluisse, quod aeger ab ejus usu haud incalesceret. Nec minus in febribus addita serpentaria, ut solam, summos effectus edidisse. Duobus aegris, quorum alter jam ante octo septimanas correptus vehementi, alter vero sat levi tertiana laborabat, Simson chirsturgus Dalkeithensis a me rogatus eam exhibuit, eo cum successu, ut an bo

\* Berlinische Sammlungen, 2. Theil. S. 160.

† Linne pflanzenystem, Nurnberg, 1777. 2. Theil. S. 464.

‡ Philos. trans. vol. 58. p. 81.

duabus infusi libris, methodo Linneana parati, omnino a febre liberarentur.

E contrario vero Tissot \* in febribus intermittentibus corticem praefert Quassiae, quae et Bergium † saepe in his sefellit. Nec Spielmann experimentis Argentorati institutis eam votis respondere vidit. De virtute ejus febrifuga dubitat etiam Bourgeois ‡, sed an propria observatione edoctus, haud addit. Severi || vult, intermittentes haud sanare, nisi vernaes, alias satis leves. In sexdecim quidem aegris febris vim fregit, sed cortice tamen opus erat, ad paroxysmi reditum impediendum. Unciae quinque ligni per se febres sanare haud potuerunt, et ad drachmas sex in die datum, febrem auxit. Sed novi febres, quas etiam quinque corticis unciis haud omnino tolleres, et corticem febrem augere constat, si intempestive adhibeas. Praeterea sex Quassiae drachmas, inprimis forma pulveris, nimiam dosin arbitrarer, quum tam insigni amaritiae praedita sit. Denique illam Home in nosocomio Edinensi nuper in tertiana vix ullo cum fructu exhibuit. Initio quidem febrem imminuere videbatur, sed quum postea

\* Sur la santé des gens de lettres, p. 224.

† Materia medica, p. 225.

‡ Valmont de Bomare dictionnaire d'histoire naturelle, article Quassia.

|| Diss. supra citata.

paroxyſmus vehementior et ante ſolitum tempus recurreret, cortici ceſſit, quo febris paucis poſt diebus ſublata eſt.

Ex hiſce igitur obſervationibus comparatis, Quaſſiam, quamvis cortici haud aequiparandam, haud omni tamen virtute febrifuga deſtitui videtur, et ſatis inde auxilii peti poſſe credo, ſi febrem ſolummodo imminuat, viamque cortici paret. In febre bilioſa maxima ejus laus, ſed in infuſo frigido exhibendam ſuaderem, quum vereor, ne pulvis ventriculo moleſtus ſit. Praeterea infuſum citius per ventriculum et duodenum diffunditur, eamque ob cauſſam bilem putridam, vomitus cauſſam breviori tempore corrigere poteſt. Nec minus forſitan in nimio vomitu gravidarum, aut in vomitu, qui febrem puerperarum comitari ſolet, laudari meretur. Iſis porro infuſum Quaſſiae in vino Hiſpanico albo aut Luſitanico rubro aqua dilutum commendarem, qui febre autumnali remittente laborarunt, quum ſaepe, antequam integram ſanitatem recuperent, ſumma vertigine et oculorum caligine afficiantur, at quas tollendas tonica plurimum valent. In febre hectica cortex plerumque ob nimiam virtutem tonicam nocere ſolet, in hiſ igitur ſi febrem ſiſtere res ſuadet, Quaſſiam praefeream, quum teſtante Bergio et Fairley haud calefaciat, quibus mea ipſius experientia aſſentit, nam nec infuſo

nec decocto Quassiae, quamvis saepe fat magna copia bibere-  
rem, pulsum aut celeriore aut fortiorem inveni.

Medelam podagrae atonicae et regressae \* a remediis,  
quae ventriculi tonum restituunt petendam esse ratio et ex-  
perientia docuerunt, ad quem scopum jam antiquos praeci-  
pue amara adhibuisse novimus. Nec hic desunt Quassiae  
laudatores. Podagrici enim sexaginta annorum Linnè men-  
tionem facit, qui a materia podagrica ad abdomen et pectus  
retrograda, suffocante adeo asthmae metastatico afficiebatur,  
ut sese jam in mortis limine crederet. Sed assumpto infuso  
Quassiae post aliquot horas non asthma solum penitus subla-  
tum est, sed cruciatus etiam, quos in abdomine passus erat,  
brevis tempore cessaverunt. Infusum vinosum ad podagram  
commendat Bourgeois, † et podagricum illius cochlearia duo  
quotidie ante coenam assumpsisse refert, eo cum effectu, ut  
dolores, quibus fere continuo excruciabatur, magnopere di-  
minuerentur. Caeterum Bergius, ‡ Koelpin, Sandifort, § et  
Wahlbom || illam in podagra magni faciunt. Calculosos etiam  
et hypochondriacos magnum inde levamen percepisse asserit  
Wahlbom. Usus ejus per integros annos continuandum, ut

\* Cullen's practice of physic, vol. 1. p. 368.

† L. c.

‡ Materia medica, l. c.

§ Konigl. Wetensk. acad. Handl. vol. 1. p. 168.

|| Medicinal werk tillstand for ar, 1769. p. 105.



non nulli voluerunt, haud suaderem, quum a nimis diuturno amarorum in podagra usu saepe tristissima mala sequuta sunt. Nam de pulvere, qui apud recentiores ducis Mirandolae aut Portland nomine venit, et Gentiana centaurio minori aliisque amaris, atque Aristolochia constat, jam Coelius Aurelianus <sup>1</sup> refert, usum ejus diuturnum apoplexiae, pleuritidis, asthmatis et hydropis causam existisse, quod recenti experientia Culsen <sup>2</sup> confirmat. Non eadem quidem est Quassiae ratio, quum Gentiana et praesertim Aristolochia illa multo calidiores sint, sed in re tanti discriminis periculum facere boni medici sane non est. In podagra inflammatoria aut erratica (misplaced) Quassiam haud adhibendam esse, res ipsa suadet.

Ad roborandum ventriculum Tissot <sup>3</sup> illam cortici praefert, eamque in primis litteris deditis commendat. Nec minus Haller <sup>4</sup> in summa intestinorum post dysenteriam debilitate virtutes ejus in se ipso expertus est. In colica periodica, quae hypochondriacos et haemorrhoidibus affectos inestare solet, atque emollientibus et laxantibus strenue resistit, optimos effectus edidit <sup>5</sup>. In vertigine diuturna cum

<sup>1</sup> Morb. chron. l. v. c. 2.

<sup>2</sup> Pract. of physic, vol. 1. p. 401.

<sup>3</sup> Sur la santé des gens de lettres, p. 224.

<sup>4</sup> In praef. ad pharm. Helveticam, p. 10.

<sup>5</sup> Linnè syst. naturae versio Germanica.



spasmodicis nuchae et doloribus capitis obtusis auxilium attulit, quod frustra a variis aquis mineralibus petebatur <sup>6</sup>. In dysphagia quam dyspepsia a nimio salium usu orta antecessit, grandiusculis cibi massis viam dolor praecludebat. Graves e ventriculo eructationes nullum omnino levamen afferebant. Cibi appetentia parum laesa, febris nulla, lingua ac alvus naturalis. Nullum vitii topici signum. Spasmus oesophagi igitur ventriculi atoniam, quae aequilibrium tolleret, indicabat. Castoreum, elixir viscerale, liquor anodynus, essentia Gentianae, aqua menthae piperitidis incassum adhibebantur, infusum rasurae Quassiae vero aegrum intra triduum penitus sanavit <sup>7</sup>.

Iis qui corticem in dyspepsia in usum trahere cupiunt, auctor esse, drachmas ejus tres et Quassiae drachmam vini Hispanici libris duabus infundere, et per aliquot septimanas seponere, quum ejusmodi infusum non solum tincturam Corticis grato sapore excellit, sed ventriculo etiam multo minorem, si ullam, molestiam exhibet.

Vermes apud non nullos Quassiae ope profligatos esse Tissot et Fermin asserunt, quod vero potius tono intestinorum restituto, quam vi ejus propriae in vermes tribuendum. For-

<sup>6</sup> Schleger in den Berlinischen Abhandlungen.

<sup>7</sup> Tode in collect. Haefniensibus. 1774. p. 205.

ribus igitur anthelminticis merito cedit, sed infantibus aut  
 bilioribus, quibus haec minus conveniunt, vino Hispanico  
 et spiritu frumenti infusa exhiberi potest, quem solum ver-  
 es expellere memini.

Haemorrhagias, nisi eas excipias, quae a vi externa oriun-  
 tur, a plethora provenire, hanc vero non nunquam ab immi-  
 to vasorum tono pendere, scimus; quod praesertim acci-  
 dere solet, inprimis iis, qui aetate provectiori gaudent, quan-  
 tum haemorrhagiae repetitis vicibus et certo quasi temporis  
 intervallo recurrentes in malum chronicum abierunt. Quod si  
 res ita se habet, nec ulla inflammationis signa obstant,  
 media tonica haud inepte adhibemus. Quassiae etiam hoc  
 morbo solitas virtutes tribui posse, variae observationes do-  
 cent. Haematuriam rebellem, qua matrona nobilis affligeba-  
 tur, ejus ope mature sinit Bergius \*. Haemorrhagiam uteri-  
 nam mulieris quinquaginta duo annorum, multis aliis reme-  
 diis incassum adhibitis, illa sanavit Schleger †, qui haud mi-  
 nime cum fructu alii mulieri, quae per novem septimanas do-  
 lobus colicis continuis, a vehementi cistorrhoea oriundis af-  
 fecta, feбри hecticae fere succumbebat, Quassiam in sero lactis  
 decoquavit, eamque brevi tempore ad pristinam sanitatem re-  
 vitavit.

\* I. c.

† I. c.

Saepe haemorrhoides, quae primam caussae totum corpus afficienti originem debent, aut quae mora nimis altas radices egerunt, quando, quaequae sit caussa, subito sistuntur, vertiginem, cephalalgiam, anhelitum, aliaque haud minoris momenti symptomata excitant, sed praesertim ventriculi vires inde patiuntur. Hirudines et vapores tepidi ano adhibiti sanguini exitum parant, saepe vero etiam remedia tonica votis respondent. Frater Levinus Ebeling §, qui Luneburgi medicinam proficitur, quum doloribus capitis ab haemorrhoidibus interceptis vehementissimis afficeretur, quinquaginta guttis extracti Quassiae drachmae unius in liquoris terrae foliatae tartari uncia solutae bis die usus est, eo effectu, ut haemorrhoides inter quatrimum fluere inciperent, iisque solutis cephalalgia prorsus evanesceret. Alium quendam folius Quassiae scrupulis duabus in die exhibitis brevi tempore sanavit, idemque remedium postea haud minori cum fructu non nullis, qui eodem morbo laborabant, obtulit.

Leucorrhoea plerumque a laxitate ultimorum vasorum uteri oritur, diuque protracta totius corporis sed imprimis ventriculi vires magnopere imminuit. Saepe igitur tonica multum ad eam tollendam valent. Infusi Quassiae vinosi ope Schleger fluorem album benignum, qui aegram valde exhau-

§ In Litteris ad me datis.

riebat, octo septimanis sustulit, nec minus Frater Levinus Ebeling, virgini leucorrhœa pertinaci, quae remediis evacuanti-  
bus ab alio medico adhibitis, quotidie incrementum ceperat,  
laboranti, pillulis ex extracti Quassiae drachmis tribus, saponis veneti et gummiatis ammoniaci cujusque drachmis duabus confectis, quarum scrupulum mane et vespere quotidie assumpsit, sex septimanis medelam attulit. Amenorrhœam vero, a partu superstitem, a qua tres tumores mammae, ovi gallinacei magnitudine ortum trahebant, semicupiis tepidis, purgantibus et diuturno usu Quassiae sustulit Alix\*, quo factotumores mammae absque ullo remedio externe adhibito evanuerunt.

In gangrena profuturam credit Linnè, sed nulla mihi occurrit observatio, quae efficaciam ejus in hoc atroci morbo testaretur. Externe adhibitam ob tenuem vim antisepticam inuilem fore arbitror, quum cortex ipse ita adhibitus vix ullius efficaciae sit. Effectus quoque, qui usum ejus internum sequuntur, potius vi tonicae, quae inflammationis gradum ad separandam partem gangraena correptam necessarium excitat, quam antisepticae tribuendos esse, autumo. Sed an Quassiam aequo jure in usum trahere possimus, ideo dubita-

\* Observata chirurgica. Altenburgi 1774. 8.

mus, quod sanguinis impetum vix augeat. Quum vero ventriculi irritabilitas saepe gangraena ita increfcat, ut corticem omnino respuat, Quassiam exhibendam suaderem, donec haec irritabilitas adeo imminuta fit, *ut cortex tuto in usum* trahi queat.

DISSERTATIONIS.

PARS ALTERA

DE

LICHENE ISLANDICO.





## LICHENE ISLANDICO.

**I**NTER gravissimos corporis humani, eosque in nostra  
 globi parte frequentissimos, phthisis pulmonalis numeran-  
 ta est, cui fere nullam adhuc ars medica medelam afferre  
 potuit. Haud inutilem igitur laborem suscepisse spero, pau-  
 ca de remedio novo disserendo, quod multum, si a virtute  
 plantarum insita ad vires earum medicas concludere licet, in  
 hoc morbo profuturum esse videtur. Nec sola tantum ratio,  
 sed etiam experientia non nullorum gravissimae in re medica  
 auctoritatis virorum LICHENIS ISLANDICI virtutes praedi-  
 cat. Nomen planta ab insula Islandia accepit, ubi omnes fere  
 montes rupeisque tegit. Haud vero soli huic insulae propria,  
 sed per omnem quasi Europam occurrit. In Suecia illam  
 Linne<sup>1</sup>, in Dania et Norvegia Borrich<sup>2</sup> et Oeder<sup>3</sup>, in Prus-

<sup>1</sup> Flora Succ. 959. 1035 Lap. 445 Succis hede-massa.

<sup>2</sup> Muscus catharticus Act. Dan. 1671. Obs. 66.

<sup>3</sup> Oeder flora Danica Fasc. 3. Tab. 155. Islands moss. Figura  
 omnium optima.

fia Breyn <sup>1</sup>, in Germania in Hercyniae montibus Schnecker <sup>2</sup> et Weifs <sup>3</sup>, in Saxonia Rupp <sup>4</sup>, in Auftria Alpibus Scopoli <sup>5</sup>, in Helvetia Haller <sup>6</sup>, in Italia Michel <sup>7</sup>, in Gallia Tournefort <sup>8</sup>, Vaillant <sup>9</sup> et Gerard <sup>10</sup>, in Anglia Ray <sup>11</sup> Morison <sup>12</sup> et Hudson <sup>13</sup>, in Scotia Lightfoot <sup>14</sup>, in Thracia denique et Asia Minori Buxbaum <sup>15</sup> invenerunt.

Habitat praecipue in ericetis et pinetis atque in summo montium cacumine. Semper e terra aut saxis provenit, nec

<sup>1</sup> Muscus pulmonarius terrestris sanguineus. Act. nat. curios. 3. p. 439. c. f.

<sup>2</sup> In Litteris ad me datis.

<sup>3</sup> Cryptogamia Goettingensis.

<sup>4</sup> Lichen terrestris pictorum, rigidus, foliorum eryngii aemulus, basi purpurascente, substantia ad fuscum vergente. Flora Jenensis 1. pag. 341, et 2. 297.

<sup>5</sup> Annus secundus historiae naturalis.

<sup>6</sup> Historia stirp. indig. Helvet. tom. 3. p. 82. ad Lichenes corniculatos refert.

<sup>7</sup> Lichen pulmonarius, minor, angustifolius, spinis tenuissimis ad margines ornatus, receptaculis florum transverse oblongis, rubris vel ex rubro ferrugineis. Nova pl. genera, p. 85. n. 7. T. 44. f. 4.

<sup>8</sup> Coralloides cornua damae referens. Hist. des plantes autour de Paris 423.

<sup>9</sup> Botanicon Parisiense.

<sup>10</sup> Flora Gallo Provincialis.

<sup>11</sup> Synopsis pl. generalis p. 77.

<sup>12</sup> Musco fungus terrestris superne cinereus. Hist. pl. univ. tom. 2. p. 632.

<sup>13</sup> Flora Anglica, p. 449. Eryngo leaved Liverwort.

<sup>14</sup> Flora Scotica, vol. 2. p. 829.

<sup>15</sup> Lichen terrestris foliis Eryngii. Centuriac pl. minus cognitarum cent. 3. p. 11.

quam in arboribus crescere visus est. Ad classem naturam Algarum pertinet, inter Lichenes vero ad foliaceos secundum Linnei divisionem numeratur. Ostendit folia propemodum erecta, a duobus ad quatuor pollices alta, sicca rigida coriacea, recentia vero mollia et flexibilia, varie absque ordine divisa in lacinias late distantes extremitate bifida vel trifida. Superior aut interior superficies concava, glabra, coloris spadicei. Superficies inferior aut exterior glabra, albida, spinulis et verrucis parvulis nigris hinc inde notata. Basis foliorum coloris minei, qui sese etiam aliquando partibus superioribus immiscet. Margo foliorum ubique spinulis coloris viridi, inflexis ciliatus. Scuta rara extremitati laciniarum adherentia, margine libero, in adultioribus simbriato in junioribus integro.

Duas alias hujus Lichenis varietates enumerat Linnè \*, nam,

1. Lichenoidem Eryngii folia referentem, tenuioribus et crispioribus foliis. Dillenii hist. musc. 212. tab. 28. f. 112.

2. Undam vero,

3. Coralloidem tenuissimum nigricantem mundi muliebris intertextum Dillen. musc. 113. tab. 17. f. 33.

4. Primum varietatem Lightfoot ad Lichenes fruticulosos

\* Species plant. p. 1611.

nomine LICHENIS HISPIDI, fruticulosi, solidi, ramosissimi, ramis divaricatis subcompressis glabris, spinulosis, angulis obtusis refert, secundam autem comparato Dillenii specimine cum figura speciem omnino diversam, Lichenem pubescentem Linnei exhibere arbitratur. Mihi de hac re judicare haud licet, quum non nisi primam speciem, quam uberius descripsi, recentem vidi, hanc igitur solam experimenta omnesque, quae sequuntur, observationes spectant.

Odor hujus Lichenis nullus, nisi ferro candenti inspergas, quum subacidum edit, quod vero plerisque aliis vegetabilibus etiam contingit. Saporem intense amarum appellarem, quamvis alii illum non nisi leniter amaricantem praedicent, adeoque tenacem reperi, ut decoctum vigesimum adhuc manifesta amaritiei signa ostenderet. Quem inter amara, cum quibusdam aliis comparatus, locum obtineat, prima hujus dissertationis pars docet.

Decoctum Lichenis Islandici colorem luteum ostendit qui vero affusa salis martis solutione in rubrum mutatur.

### EXPERIMENTUM I.

Ut de gradu adstringentiae, quem cum non nullis aliis plantis hac virtute praeditis comparatus obtinet, certior

rem, drachmam pulveris corticis Peruviani, corticis falicis, Lichenis Islandici, radicis Gei rivalis, quam Indi in colonia Eboracensi § ad fugandas febres intermittentes adhibent, theae boheae et foliorum rosae Eglanteriae, qua non nulli in Germania loco theae utuntur, tribus aquae frigidae unciis infudi. Post viginti quatuor horas infusum Gei, filtro trajectum colorem badium, theae luteum, rosae subluteum, corticis flavum, falicis subflavum et Lichenis ex violaceo flavescens ostendit. Cujusque infusi unciae drachmae duae solutionis salis martis affusae, Geo atramentarium, rosae ex rubro atrum theae ex viridi atrum, cortici gramineum, falici luridum, et Licheni ex violaceo rubrum colorem conciliaverunt.

Duabus reliquis cujusque infusi unciis drachma carnis ovinae immittebatur. Post quadraginta octo horas, caro ex infuso theae primum, ex rosae secundum, ex Gei tertium, ex falicis quartum, ex corticis quintum, ex Lichenis infuso denique ultimum constrictionis gradum ostendit. Eandem igitur adstringentiae rationem cum carne observarunt, quam quoad nigrum colorem cum sale martis exseruerant, excepta rosa, cujus infusum limpidius theae infuso majorem tamen addito sale martis nigredinem ostendit, quum vero in constringenda

§ Kalms Reise nach Nordamerica.

carne a thea magnopere superaretur; ex quo elucet unam hanc alteramve vim adstringentem dijudicandi methodum in magno adhuc discrimine versari.

### EXPERIMENTUM II.

Lichenis Islandici uncia in aquae libra per quadrantem horae cocta preloque subjecta septem mucilaginis uncias largiebatur, amarae, rubicundae atque in ore solubilis, ejusdemque fere consistentiae, quam gummi Arabicum tribus aquae partibus solutum possidere solet. Cum Vitriolo martis profunde rubrum colorem exhibebat, chartaeque illinita leviter illam conglutinabat.

Hujus mucilaginis semuncia pari quantitate olei amygdalarum leviter terendo conjuncta illam in sex aquae unciis sensim affusis optime suspendebat. Nec minus oleum Ricini et oleum therebinthinae eodem modo arte aquae conjungit, quae alias difficillime aquae miscentur. Olea haecce quidem post aliquot horas aquae innatabant, sed phialam leviter concutiendo iterum aqua subigebantur. Ad camphorae scrupulum aquae unciis sex intime miscendum drachmae duae hujus mucilaginis requirebantur, quae camphorae nec non olei therebinthinae saporem urentem aliquatenus velabat.



Oleo Ricini quoque amarities ejus gratum et fere amygdalinum saporem conciliat.

Mercurium haud probe subigit, nec ceram aquae miscet, quum nimio tritu dissolvatur.

### EXPERIMENTUM III.

Ad Lichenem Islandicum in pulverem redigendum requiritur, ut prope ignem amplius exsicceetur, quum alias ita tenax sit, ut nullo modo contundi queat.

Uncia hujus pulveris aquae libra per nycthemerum infusa in balneo arenae destillationi subjiciebatur, donec circiter unciae octo in excipulum transirent. Aqua destillata odoris et saporis aciduli, nullam a solutione falis martis coloris mutationem patebatur. Metuens ne forsitan vis adstringens exsiccatione Lichenis periret, Lichenem haud in pulverem reductum eodem modo, sed eodem quoque eventu destillationi subjeci. Nullum olei aetherei vestigium reperi.

### EXPERIMENTUM IV.

Uncia Lichenis sexies fortiter coquebatur. Decocta in vicem mixta et ad siccitatem evaporata extracti drachmas



quinque scrupulosque duos largiebantur. Extractum hocce coloris subnigri et substantiae coriaceae, aqua calida solutum mucilaginem spissam, omnis fere amaritief expertem exhibebat. Igni admotum flammam concipiebat.

Lichen a coctione superstes et probe exsiccatus per quadraginta octo horas spiritu vini rectificato infusus extracti resinosi granum et quinque octavas partes dedit. Lichenis vero haud cocti uncia quinque spiritus vini rectificati per horas quadraginta octo infusus, extracti grana tredecim largiebatur. Lichen ab infusione superstes, probe exsiccatus et sexies coctus, extracti gummosi drachmas quatuor, scrupulos duos et grana sex dedit.

Experimenta, quae docent, Lichenem vi antiseptica haud destitui, prima dissertationis pars continet.

Experimenta jamjam relata ostendunt, Licheni amaritiam, adstringentiam, parvam resinae et permagnam gummi copiam inesse. Mucilago ejus ad olea aquae miscenda aliis forsitan praeferenda est, quum non solum saporem oleorum corrigat et acrimoniam obtegat, sed etiam per longum temporis spatium impediatur, quo minus rancida evadant; mixturas oleosas enim, de quibus supra locutus sum, per quatuordecim hebdomades, quamvis tempore hiberno in hypocausto calido sepositas, a putredine immunes servavit. Praesertim

in colica utilis erit, quum oleum therebinthinae ita arcte  
 quae misceat, ut clysmate adhiberi possit, absque metu, ne  
 intestina nimis irriter, aut rejiciatur, antequam superiores coli  
 partes attigerit, quod alias plerumque accidere solet. Nec  
 minorem laudem meretur, quando oleum ricini in ileo aut a-  
 nis colicae speciebus adhibere animus est, quum illi saporem  
 gratum conciliet, quem quidem ab admixto spiritu fru-  
 genti aut sacchari etiam obtinet, sed haud absque aliquo pe-  
 iculo inflammationis auctae.

Ad usum medicum vel diaeteticum Lichenem hoc modo  
 adhibendum commendarem. Uncia Lichenis aqua bulliente  
 fundatur et per semihoram seponatur, tunc hac aqua effu-  
 sa in aquae bullientis libris quinque ad duas coquatur. Infu-  
 sione praevia a rebus heterogeneis et a magna amaritiei et ad-  
 ingentiae parte liberatur. Coctione repetita decoctum pri-  
 mi amarius sed multo minori mucilaginis copia imbutum re-  
 fiet. Primum igitur decoctum solum adhibeatur. Quum  
 vero et hoc non omni omnino amaritiei destituatur, pari lac-  
 tis copia, aut sexta mellis vel syrapi limonum parte, aut, si  
 febribus exhibeas solo nutriendi scopo, quarta vini Hispani-  
 ci albi parte, aut pari jusculi bovini copia satis gratum illi  
 saporem concilies. Lacte coctus minus convenit, quum illi  
 amaritiam impertiat. Ad linctus mel et syrupus li-

monum decocto Lichenis prius hunc in finem ad majorem spissitudinem evaporato fumantur.

In Islandia, ubi Fiaella-grafs vocatur, hicce Lichen incolis jamdiu alimentum aequè ac medicina existit. Olaus Borrichius † refert, Islandos primo vere illo ad ducendam alvum uti aestate vero in farinam comminuere et pulmentis admiscere. Vim purgantem illi denegat Scopoli, nec ego ipse illam in me expertus sum, sed forsitan non nisi de herba recenti valet quum mihi vero cum exsiccata tantum experimentum facere licuit. Sed Borrichio haud magis assentit Olafsen \*, qui potius quotidiana Islandorum experientia evinci contendit, eum si unquam, alvum non nisi lenissime solvere, et mulieris cujusdam exemplo probat, eum ad cohibendam pertinacem diarrhoeam profuisse. Vim ejus nutrientem vero tantam esse asserit, ut operarii tenuem aliam victum recusantes, illo omnino contenti sint, nec minus ita facilem digestu reperiri, ut debili ventriculo languentibus et p̄thisi correptis maxime conveniat. Lichenem huncce plerumque in pulvem coctum comedunt, sed antea aqua frigida per diem extrahendae amaritatis causa m̄acerandus, deinde in sero lactis elixandus in gelatinam, quam denique lacte mixtam in cibum recipiunt. (Experimento vero a me instituto aqua frigida vix ullam amaritatis

† L. c.

\* Reise igiennem Island. tom. 1. p. 159.

raxit, nec Lichenem de illa aliquid perdidisse insequens  
 tio ostendit.) Alii eum modo jam dicto maceratum igne  
 ardore solis exsiccant, atque in pulverem redactum in  
 e puro elixant. Panem inde haud saepe coquunt, qui ta-  
 adjuncta frumenti farina satis bonus est. (Ego quoque  
 pulvere Lichenis admista farina et praevia maceratione  
 em conficere tentavi, sed absque coctione Lichenis, an-  
 quam in pulverem redigeretur facta, vix ob ingentem ama-  
 em edulis erat. Lichen quater coctus addita parva fari-  
 triticeae quantitate panem haud ingratum largiebatur,  
 magna ejus copia requiritur, quum coctione quater re-  
 ta ultra dimidium ponderis perdat.) Horrebow \* etiam  
 rt, se Lichenem modo solito apparatus libenter esitasse,  
 quam cibum salubrem sapidumque, additque, Islandorum  
 plures nulla omnino frumenti farina uti, quando satis  
 na Lichenis copia illis datur. Nec est, cur mireris, quum  
 ante Olafsen cadum Lichenis probe emundati et compressi  
 lem ac duo frumenti cadi nutrimenti copiam continere  
 nt. Solent Islandi ante foenicium catervatim aspera sa-  
 petere ad hunc Lichenem colligendum, qui, quo vege-  
 fuerit, eo magis ipsis placet; istae autem excursiones po-  
 num instituuntur coelo pluvio ne folia arida manus lae-

dant, neque vero crebrius eadem loca revisitantur, quam interjecto triennii spatio, quum planta haec tres annos ad suum incrementum requirat. Peracta demum collectione, suam quisque penum ignis ope arefactam in farinam conterit et in doliola immittit. Pretio admodum vili venit, quum mensura, quam Angli bushel vocant, uno circiter shillingo comparari possit. Summa hujus Lichenis vis nutriens eo quoque probatur, quod in Carniola, parte circuli Austriaci, boves equosque macros ad ea loca mittere soleant, ubi copiose crescit, qui sic brevi tempore pinguescunt, atque amissas vires recuperant. Nec minus ibi ad saginandas fues adhibetur.

Extra patriam, a qua Lichen Islandicus nomen suum accepit, jam sub finem seculi praeteriti cum in usum medicum adhibuit, et quibusdam experimentis chemicis subjecit Hierone † medicus Suecus, qui praesertim magnas ejus laudes in phthisi et scorbuto facit. Digestu facillimum esse, perspirationem leviter augere atque respirationem laesam liberiorum reddere asserit. Nostris vero temporibus praecipue Stockholmii eum phthisi pulmonali laborantibus commendavit, ne immerito, si ex pluribus, quas addit, observationibus, et virtutibus huic plantae insitis concludere licet. Vana forsitan spes esset, nos ope hujus plantae dirum huncce morbum or-

† Abhandl. der schwed. Acad. der Wissensch. 6 B. S. 163.



rino tollere posse, sed mihi remedium haud omni laude ca-  
 rere videtur, si in morbo tanti discriminis aliquod saltem le-  
 vamen affert. Sed non hoc solum de Lichene praedicare, sed  
 eum etiam fere omnibus, absit invidia verbo, quae adhuc con-  
 tra hunc morbum adhibita fuerunt, remediis antepone-  
 re. Sperma ceti enim ventriculum saepe offendit, et facilli-  
 me, praesertim in australioribus Europae regionibus rancefcit.  
 Olea eodem mendo laborant, atque sicut et mucilagines at-  
 que saccharina magna copia ingesta ventriculum laedunt. Li-  
 chene vero corruptioni nullo modo obnoxius, nisi loco humido  
 fervetur, et, ut omnes testantur observationes, digestu facil-  
 limus est, quum forsitan laxitas, quam magna mucilaginis,  
 sua scatet, copia ventriculo inducere possit, vi ejus adstrin-  
 gente et amaritiae corrigatur. Nec minus ob virtutem antisepti-  
 cam, quam insigni gradu possidet, laudari meretur. Apud  
 exercitus tempore aestivo, praesertim quando bellum per-  
 vagas calidiores vagatur, aut in navibus, quae diuturna ver-  
 sibus austrum itinera suscipiunt, summa cura vix impedire po-  
 teris, quominus oleosa rancida evadant; eorum igitur loco  
 lichenum nostrum commendarem, cujus magnum volumen  
 stipulaculo haud erit, quum loco paleae ad firmandas lagenas  
 reas adhiberi possit. Balsama plerumque corporis calorem  
 augere, ubi obstructions in pulmonibus adsunt, tra-

dit Monro †, quum tamen in tussi & relaxatis pulmonum vesiculis haud absque emolumento exhibeantur. Sed et huic Lichenem mederi posse verisimile est, quum haud exigua vi adstringente praeditus sit. Praecipue admixto syrupo limonum profuturum spero. In diarrhea vero, quae sub finem phthi-  
feos occurrere solet, mucilagines et adstringentia laudantur; quis igitur remedium inutile praedicare poterit, quod utramque virtutem in tanto gradu possidet, ac de Lichene Islandico constat? Nonne etiam amaritiei ejus vi tonica ad hoc funestum symptoma tollendum valebit, quum tamen tonica validiora ob metum, ne calorem augeant, in usum trahere haud queas? Hic igitur decoctum absque infusione praevia, quae magna pars adstringentiae perit, paratum, in clysmate, aut cum syrupo limonum ore assumptum commendarem. Quodsi res ita jubet, quartam circiter partem solutionis gummi Kino aquosae, cujus exigua pars amarum Lichenis saporem omnino velat, admisceri poterit, quod etiam remedium ad sistendos sudores hecticos laude sua haud destituetur. Morbo vero haud ita altas radices agente, praesertim quando puris excretio minus bene fit, mel admixtum praesferrem, quod insigni vi, ut vocant, detergente gaudet. Tussi urgente decoctum ad majorem spissitudinem evaporatum cum melle aut forsitan parva syrapi papaveris quantitate forma linctus magis idone-

† Diseases of military hospitals, page 9.



um cenfeo, quum vix sperare possis, tam parvam ejus copiam effectus suos in pulmones edituram. Scopo nutriendi cum lacte adhibeatur.

Sed missa ratiocinatione ad ea, quae experientia edocuit, procedo. Juvenem macie correptum, tussientem, difficulter respirantem, foetida exspuentem, ac lenta exhaustum febre, postquam a medicis derelictus fuisset, Lichene Islandico lacte, et quum lac ventriculus ferre recusaret, aqua cocto omnino sanatum refert Scopoli, qui sequentes quoque nobis observationes tradidit.

Clericus haemoptysi repente correptus emaciatur, sputa purulenta ejicit, noctu sudat, ac lenta febre consumitur. Variis remediis incassum adhibitis, Lichene solo pristinam recuperat sanitatem.

Fossori post febrem intermittentem tussi, sputo sanguine mixto, respiratione ardua, sudoribus nocturnis et macie affecto, Lichenis usu omnibus hisce symptomatibus sublatis, vires amissae omnino redduntur.

Femina quaedam gracilis, tussiculosa et debilis, quum infantem haud absque magna utilitate lactaret, Lichene utitur lacte cocto per integrum annum. Sic nutritio felicior succedit, vires augentur, raro tussit et lactationem fauste absolvit.

Concionator capucinus pallidus, tussiens et macer jam per

plures annos Lichene utitur, sed a secundo ab ejus usu anno bona omnino valetudine gaudet. Nec minus in pluribus aliis ejusdem generis morbis votis respondisse idem Scopoli testatur.

Bergius \* quoque refert, se multos vidisse, plithisi pulmonali obnoxios, ex usu pulmenti e lacte et Lichene parati in integrum restitutos et obesos factos; atque ita facilis digestionis hoc pulmentum invenit, ut etiam vomitu frequenti chronico afflicti, qui que alia esculenta rejicerent, illud retinere potuerint. Praeterea novi, Lichenem a non nullis medicis Germanis summo cum fructu adhibitum fuisse.

In catarrho etiam fauces et laryngem a muco acri optime tuetur, ut in me ipso expertus sum, et mucii excretionem, glandulas mucosas jam relaxatas vi adstringente roborando, promovere videtur. Nec minus in peripneumonia ad tussim sedandam optime valet, qua impeditur, quominus mucus majorem spissitudinem acquirere et mitior fieri possit. In initio phthiſeos ab hoc morbo ortae, Lichenem summo cum effectu adhibuit Quarin †, qui eum etiam in tussi a morbillis cum puris excreatione et nephritide magni facit. Nec minori cum fructu in morbillis epidemicis Hafniae grassantibus eo usus est

\* Mat. medica, p. 858.

† Meth. med. inflamm.

hoenheyder †, quam tussis purulenta septimanas aliquot  
 et morbillorum decessum aegros invaderet. Ex quatuor-  
 cim infantibus non nullis oxymel scilliticum, aliis quibus,  
 creatio difficilis, kermes mineralis exhibebantur, quibus-  
 dam ad praecordia applicabantur vesicatoria, aliis linimenta  
 rosa et Theriaca Andromachi, sed absque ullo fructu.  
 Particem jam antea spei haud parem invenerat, ideoque  
 Lichenis Islandici unciam aquae libra ad uncias duodecim  
 quendam, addita syrapi scillitici semuncia praescripsit,  
 usque decocti unciam omni bihorio aegris propinavit.  
 Quibusdam vero nullum praeter doloris imminutionem effectum edidit,  
 unam vero alteramve hebdomadem res in melius mutatae  
 et quae omnes quinque hebdomadam spatio ad integram  
 salutem restituti fuerunt. Quibusdam sub ejus usu diarrhea  
 accidit, frequens in morbillis symptoma, quae tamen usu mu-  
 ginis Arabicae cessabat.

Forssitan etiam in febre maligna, ubi tussis et respiratio  
 difficilis aegrum afficiunt, spermatis ceti, quod Monro † cum  
 spiritu mildereri adhibuit, praeferri meretur, quum hoc pu-  
 ni nimium faveat, cui Lichen admodum resistit. Summos  
 in hoc symptomate ab ejus usu fructus percepit Qua-

Collect. Soc. med. Hafniensis, vol. 1. p. 128.

Diseases of military hospitals, p. 19.

rin \*. Saepe etiam in eiusmodi febre, praesertim si jam sub-  
lata revertitur haemorrhagiae narium et sanguinis ex alvo  
profluvium aegri vires prostermit, quibus cortex, potus aci-  
dus, vinum, victusque nutriens et digestu facilis medentur.  
Nonne hic Lichen cum acido vitrioli, aut syrupo limonum  
aut vino in usum trahi meretur, quum tanta virtute nutri-  
ente gaudeat, visque ejus adstringens aliquantum saltem ad  
haemorrhagiam alvinam sistendam conferre possit? Nec  
minus in ingente post febrem urinae atque salivae profluvio  
ut et in sudoribus colliquativis cibi loco assumptus proderit  
quum in his, praesertim diabete, victus nutriens, mucilagineus  
ad urinae vias ab acrimonia tuendas, et adstringentia requi-  
rantur. Sed absit, ut credas, Lichene solo hos morbos tolli  
posse, quem non nisi alius cibi minus nutrientis et digestu  
difficilioris loco adhibitum, medelam promoturum censeo.

In rachitide victus nutriens et acidum, quod plerumque  
nimia copia in ventriculo adest, corrigens, inter optima remedia  
merito numeratur. Lichenis igitur, quum utramque  
virtutem possideat, decoctum spissius cum jusculo carnis, vel  
vini generosioris aut aquae cujusdam aromaticae parva quan-  
titate, saporis corrigendi causa, haud sua laude carebit.  
Ii vero, qui vinum aut aquam aromaticam ob magnum pro-

\* Meth. medendarum febrium.

non adhibere nequeunt, uncias duas Lichenis cum drachma feminum foeniculi aquae libris quinque ad duas coquantur. Decoctum hocce satis spissum et saporis haud ingrati erietur, sed frigide propinandum, quum omnis potus vicque calidus, quem ventriculi vires imminuere novimus, hoc morbo evitandus sit. Nec ante coctionem aqua calida datur, quia infusione magna pars vis adstringentis perit, et in rachitide, cui remedia tonica praecipue conveniunt, magna utilitatis esse potest.

Saepe in dyssenteria tanta materiae acris copia intestina det, ut, qualiacunque evacuanti adhibeas, impedire haud possis, quominus aeger tenesmum et atrocissimos dolores impatientur. Anodyna narcotica dolores vix minuendo morbum impetum plerumque vehementer augere videntur. Aliud remedium haud datur, quam intestina magna liquoris acris ulcentis copia ab acrimonia tueri, quum dolor, nisi inflammatio adest, a sola materiae acris intestina convellente, et non naturali defectu oriatur. Non nulli olea laudant, quia ea solvunt, sed metuendum, ne calore corporis justo materiae et bilis putridae admixtione rancescant. Lac vomitum datur, alvum stipat, languorem auget, atque artuum dolores auget. Lichen vero putredini resistit, bilem putridam brevi tempore corrigit, nullamque ventriculo molestiam creat. Ad-

stringente vi tanta non gaudet, ut commodum, quod a vi ejus correctrice expectandum est, superare possit; praeterea decoctum cum melle, quod insigni vi laxante et antiseptica praeditum est, exhiberi poterit. In dysenteria putrida syrupi limonum aut sachari et vini rhenani vel gravenensis aut succi prunorum vel vaccinii admixtio potius eligenda. Quod si faeces nimium aquosae et ingenti copia excretae fuerint, absque praevia infusione per anum injiciatur, addita, si res postulat, parva solutionis gummi Kino quantitate. Praeterea, quum in dysenteria maligna aegri vires subito exhauriantur, victu nutriente sustentandae sunt, cui caro, quae nimium in putredinem prona est, haud convenit, spissiore Lichenis mucilaginem cum pauxillo vini instar nutrimenti adhibendam suaderem. Nec minoris in dysenteria chronica usus erit, quum et in hac caro noxia visa sit. Quando dolores ad os sacrum percipiuntur, signum rectum imprimis affici, decoctum clysmate injiciatur, nisi a scybalis durioribus proveniant, quae saluum ope eliminanda sunt.

Nonne etiam decoctum aliquantum spissius in vomitu cruento et morbo nigro ad sanguinem cohibendum aliquo modo conferre poterit, quum fere nulla omnino alia remedia adhiberi queant, quam mucilagines, quibus vero virtus adstringens deest. Non nulli forsitan ab hac Lichenis virtute ventriculorum



tari posse arbitrabuntur, sed quum testante Bergio in vo-  
 u chronico ventriculus, qui omnes alios cibos rejiciebat,  
 a optime ferret, haec mihi haud justa timoris caussa esse  
 etur.

In haemorrhoidibus, si validiora adstringentia in usum  
 ere res vetant, Lichenis Islandici decoctum absque prae-  
 infusione per anum cum fructu injici poterit, quum vis  
 adstringens ad sanguinis profluvium sistendum aliquan-  
 saltem facere; et mucilago, quam continet, alvum ab  
 iriationibus, quibus in hoc morbo saepe obnoxia est, op-  
 tueri queat.

In gonorrhoea plerumque mucilagine gummi arabici  
 tur ad urethram ab urinae acrimonia tuendam, quae de-  
 te naturali suo muco graves plerumque dolores inde pati-  
 . Sed mihi parva hujus mucilaginis copia, quae raro un-  
 duas vel tres exædit, haud magni momenti esse videtur.  
 tan, si Lichen Islandicus cum lacte aut melle victus  
 exhiberetur, majoris utilitatis foret. Eodem vero tem-  
 decoctum ejus tenuè syringis ope in urethram injici-  
 quum mucilagine urinae ardorem mitiget, et vi sua ad-  
 ente ad tonum amissum glandulis mucosis sensim sen-  
 e reddendum, a quarum laxitate gonorrhoeam oriri non  
 putant, conferre possit. Nec metuendum, ne subito mu-



ci effluxum, virusque, si quid adest, exitum cohibendo graviora symptomata exsurgant, quae fortiorum adstringentium usum saepe sequuntur, quum vis ejus adstringens tanta non sit, ut glandulas et urethram nimium constringendo atque irritando inflammationi ansam praebere possit.

Quomodo ad fracta consolidanda, ut Breyn \* vult, conferre, aut hydatides ex utero expellere potuerit, ut observatio Spoeringi † docet, haud video.

In fissuris mammarum, quibus feminae lactantes saepe obnoxiae esse solent, spissa Lichenis mucilago externe adhibita profutura esse videtur, quum partem excoriatam ab aere et humore acri, si quis exsudaverit, tueri, et fissurae labia vi adstringente sibi invicem propiora reddere atque ea re fissurae coalitionem promovere possit.

\* Acta nat. curios. Art. 3. D. 1.

† Wetenskaps Acad. Handlingar 1743. p. 106.

F I N I S.





DISSERTATIO  
CHEMICO-MEDICA  
INAUGURALIS  
DE  
ARGENTO VIVO.

QUAM,  
ANNUENTE SUMMO NUMINE,  
Auctoritate Dignissimi Vice-Cancellarii,  
WILHELMII LEECHMAN, S. S. T. P. P.  
ET COLLEGII GLASG. PRAEFECTI;

NEC NON  
AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,  
ET NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO;  
PRO GRADU DOCTORIS,  
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS ET PRIVILEGIIS  
RITE AC LEGITIME CONSEQUENDIS;

Eruditorum examini subijcit  
JOANNES LANGHORNE.

GLASGUAE:  
IN AEDIBUS ACADEMICIS  
EXCUDERANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHI  
M.DCC.LXXV.



DISSERTATIO

CHEMICO-MEDICA

DE

ARGENTO VIVO,

VARIISQUE EJUSDEM  
PRÆPARATIONIBUS.

QUONIAM quantumcunque scrip-  
tum et disputatum fuerit de argen-  
to vivo, ejusque operandi modo, res  
adhuc in obscuro latet; quumque  
nullum sit in materia medica, prop-  
ter egregiam qua pollet stimulandi  
et deobstruendi vim, remedium ef-  
ficacius vel saepius usurpatum, tum  
in morbis chronicis quam plurimis,  
tum praecipue in lue venerea, in  
qua, si fas sit ita loqui, unice vide-  
tur gaudere virtute specifica: haud  
inutile fore putabam, si pauca de  
ejus natura, variis ejusdem praepa-



rationibus atque operandi modo proferrem; non ea quidem spe, ac si rei tam obscurae, claram ego lucem perfundere valerem, sed votis nostris satisfactum erit, si hac differatuncula, alii quorum ingenia tanto operi paria sint, ad ulteriorem rei tanti momenti elucidationem excitentur.

Argentum vivum, quod et mercurius a chemicis appellatur, est substantia metallica. Dubium pene est an ad metalla perfecta referendum magis sit, an ad imperfecta, his volatilitate similis, illis immutabilitate et gravitate specifica, qua caetera metalla, exceptis auro et platina superat. Videtur autem differre ab utrisque, eo quod semper sub forma reperitur liquida: verum jam facti sumus certiores, deberi hoc ejus liquefactioni, ad quam pro-

ducendam et conservandam sufficit  
 ille caloris gradus qui semper adest  
 in atmosphaera nostra, saeviente sum-  
 mo frigore naturali. Attamen ope-  
 rtis eo usque minui potest ille ca-  
 lor, ut argentum vivum induat for-  
 mam solidam, uti constat experi-  
 mento Petri poli habito 25 Decemb.  
 1759, quo die academici frigus  
 grave usque adeo artificiose inten-  
 debant, ut quod erat argenti vivi in  
 tuba barometri, amissa fluiditate,  
 fieret flexile, quodque in fundo, a-  
 leo fixum ut extenderetur repetitis  
 mallei ictibus. Est e corporibus  
 maxime divisibile, licet enim tanta  
 sit gravitate specifica, viz. ad aurum  
 metallorum gravissimum ratione  
 4019 ad 19936, adhibito tamen  
 debito calore elevatur in auras; va-  
 ores vero collecti, vase clauso, co-  
 unt in massam pristinam, neque

minima exinde inducetur mutatio  
 quotiescunque repetatur experimen-  
 tum. Celeberrimus Boerhaave, cujus  
 in hoc genere labores fere mirabi-  
 tur posteritas, post quingentas atque  
 ultra distillationes, argentum vivum  
 omnino immutatum invenit. Cog-  
 nitum est argentum vivum tam  
 Graecis quam Latinis, ab his enim  
 nomen est desumptum, Nostris fa-  
 miliare. Appellatum est etiam aqua  
 argenti. Dicitur est apud Graecos  
 ἀργυρος χύτρος atque ὑδράργυρος. Sed vi-  
 dentur neque hi neque illi quid-  
 quam de hac substantia praeter no-  
 men calluisse; tantum enim abfuit,  
 ut donatam illam virtute medica  
 putarent, ut pro veneno haberent  
 uti patet ex Dioscoride, Galeno, Pli-  
 nio, &c. et qualitate quadam frige-  
 faciente, necem inferre opinaren-  
 tur. Arabis debetur ejus usus me-

dicinalis, hinc ad nostros defluxit. Prima ejus inter gentes Europoeas mentio occurrit apud Theodoricum, medicum celebrem circa annum 1280. Initio adplicatum est tantum externe immixtum unguentis et ceratis, ad enecandos pediculos, affectionesque cutaneas tollendas. Postea grassante lue venerea, cum plura hujus symptomata per quam similitudina viderentur certis affectionibus cutaneis, ad hunc morbum profligandum optato cum successu adhiberi coepit.

Si qua fides habenda sit receptae opinioni, luem veneream in has Europae regiones delatam fuisse sub finem saeculi decimi quinti, brevi ad illam debellandam in auxilium vocatum est argentum vivum, siquidem memoratur a Gilino in lib. de Morbo Gallico, anno 1497, pluri-

misque ejusdem aevi scriptoribus. Traditum est memoriae, primo usurpatum fuisse in castris Caroli octavi, dum Neapolim obsideret. Neque ita multo post invaluit ejus usus internus, nam anno 1530 Hieronymus Fracastorius acriter invehitur in aevi illius empiricos, quod audent argentem vivum et quod praecipitatum vocabant pillulis exhibere. Primus autem omnium Mathiolus hoc aperte est patrocinator anno 1536, praedicavitque praecipitatum rubrum (viz. solutionem hydrargyri acido nitroso igni validiori objectam, donec acido magna ex parte abacto, formam acquisiverit squamosam rutilam) tanquam remedium in lue praestantissimum. Narrat Fallopius primam argenti vivi interne administrandi occasionem sumptam notantibus medicis



noxie illud gregibus praeberi a  
astoribus. Hinc experientia, veri-  
tatis teste, profligata illa inepta ve-  
rerum opinione, de ejus quâlitate  
ethifera, universaliter in usum vo-  
utum est, milleque ejus praeparan-  
ti inventi sunt modi prout cujus-  
que sententia, vel intentio, vel finis  
sequendus videretur indicare.

Argentum vivum in statu nati-  
vo, priusquam viz. intercefferit ma-  
nus vel ars, vix effectum edit sensibi-  
lem, sive adplicetur externe, seu ore  
sumatur, (mitto qui quandoque  
iri potest ex idiosyncrasia vel ha-  
tu peculiari assumentis) tanta est  
nim massae aggregatio, vel parti-  
m ad coëundum proclivitas, ut  
liva, succus gastricus, bilis, vel  
eteri corporum nostrorum humo-  
s nullum in illud exercere vale-  
t actionem; hinc cum degluti-

tum fuerit protruditur per canalem intestinalem omnino immutatum eademque qua assumptum quantitate ejicitur. Verum ubi ope artis divisae fuerint ejus particulae, et semotae interpositione cujusvis substantiae idoneae, tunc augetur ejus superficies, et minuitur partium accumulatione proclivitas; hinc aptum fit ut agat in organa corporum nostrorum, eorumque pariter actionem subeat, atque exinde validissimi semper producantur effectus.

Effectus mercurii primarii sunt qui consequuntur a stimulo, pulsus elevat, humores inspissatos attenuat, secretiones atque excretiones cujuscunque generis adauget; secundum habitum fumentis et modum quo exhibetur, vomitiones concitat, evacuationes ciet alvinas, pelletur per glandulas renales, aut salivales.



instigabit ad excretionem uberrimas, vel permeans extrema corporum nostrorum, promovet sudorem vel transpirationem magis insensibilem.

Hos a mercurio produci effectus certe scimus, sed unde ille stimulus quo producuntur? Hoc non est adeo in aprico. Et forsitan adhuc difficilius reddetur ratio ejus virtutis antivenereae.

Vix operae pretium foret omnes illas opiniones vagas atque incertas recensere quae, nullis rationibus innixae, nullis suffultae argumentis, jamdudum ruerunt ipsae per se atque exciderunt; hypotheseim vero Cheynaei cum summis viris fuerit probata et primo intuitu quandam veritatis speciem prae se ferre videatur, liceat paucis perstringere.

Contenditur nempe esse argentum vivum summae gravitatis specificae,

atque e corporibus maxime divisibile, omnesque partes in quas dividitur cum sint formae sphaericae, continere maximam materiae quantitatem sub minima superficie; ergo cum in sanguinem pervenerint, augeri hujus fluidi momentum, tot accedentibus particulis ponderosis, hinc majore vi donatum valere circulando humores inspissatos attenuare, impedimenta superare, obstructa referare, et libere per totum corpus circumferri. At videamus si haec opinio ad examen vocata trutinam ferre valeat. Etenim globuli mercuriales cum ad sanguinem penetraverint sunt fluido isto graviore, vel non; si sint graviore, concipi vix potest quomodo possunt aequaliter circumferri per vasa, cum deberent potius pondere suo singulis momentis praecipitari, et fun-

dum petere, praesertim nisi simul augetur vis propulsiva vasum ut superare posset ponderis augmentum. Sin eo usque dividatur argentum vivum, ut sint ejus particulae fluido quo vehuntur leviores, deberet eorum sententia minui vis et potentia qua agunt in corpora nostra, diminuitur enim gravitas: atqui contrarium evenire ex divisione argenti vivi experientia demonstrat, cujus particulae tum summa vi gaudent, cum sint summe divisae. Maxima est auri gravitas, eoque usque dividi potest ut particulae ejus innatent spiritui aethereo omnium liquorum tenuissimo; attamen quis unquam eosdem ab hoc, quos ab argento vivo, expertus est effectus? Si dicatur adscribendam esse mercurii virtutem superiorem, non gra-

vitati foli, fed etiam formae sphaericae quam gravitas ejus comitem habet; peto, qui fit ut citius, et minore dofi, curentur et lues venerea atque alii morbi quam plurimi falibus mercurialibus, in quibus tollitur ifta forma, et minuitur gravitas specifica? Eftque fane intellectu difficillimum produci, ad eorum normam, effectus illos validiffimos quos faepe experimur in corpore humano, a pauciffimis granis pulveris fubnigri qui provenit a tritura vel agitatione hydrargyri, vel mercurii dicti calcinati; cum interpharmaci dofim perexiguam et mafam fanguinis ratio nulla intercedat. Augeri velocitatem fluidorum circumfiantium a mercurio nullus dubitat, fed hoc tribuendum videtur admoto ftimulo quo irritantur fibrae et concitantur vafa ad contrac-

iones frequentiores et validiores.

Jam vero videamus si firmiore nitatur talo altera hujus hypotheseos pars, qua explanatur operatio salinum mercurialium. Afferitur nempe oriri actionem eorum violentissimam, ab impactione spicularum vel laminarum salis vel acidi pondere mercurii. At si pondus argenti vivi, quod ingreditur mixtum vel compositum salinum, adduci posset in causam actionis, deberet augeri illa actio, aucta proportione hydrargyri in composito; sed est experientia compertum, perniciosissima e concretis mercurialibus, esse illa in quibus minima est gravitas, maxime excedit proportio acidi, ut in mercurio sublimato corrosivo, vel nitro vel vitriolo mercuriali, quae omnia diminutione acidi vel additione argenti vivi redduntur mitio-



ra. Deīn quaererem ab hujus fen-  
 tentiae fautoribus, cum sales mer-  
 curiales ad sanguinem pervenerint  
 et cum illo misceantur et circulentur  
 si tum dissolutum fuerit compo-  
 situm, et membra componentia libe-  
 ra et soluta ab omni vinculo pe-  
 vasa rapiantur vel non? Si dissolu-  
 tum fuerit, nullus alius expectan-  
 dus esset effectus, quam qui seque-  
 retur ab iisdem hydrargyri atque ac-  
 cidi portionibus simul exhibitis;  
 vero nexu adeo arctus fit, ut par-  
 ticulae singulae concreti sint totidem  
 globuli metallici spiculis armati  
 deberet earum progressus per vasa  
 impediri spiculis quibus sunt irre-  
 titae; attamen saepe experimur praeparationes mercurio-salinas intern-  
 sumptas, in extremis corporum no-  
 strorum ostendere se citius atque ef-  
 fectus suos in superficie edere effica

is quam ipse hydrargyrus. Ad  
id igitur actionis principium est  
refugiendum.

In encheiresi seu processu cui sub-  
iitur argentum vivum, cum so-  
m teratur, agitetur, ignive ob-  
iatur, vel cum solvatur acidis,  
l cum aliis substantiis commif-  
itur, suamne naturam suasque  
roprietates conservet; nulla in-  
cta mutatione, divisis tantum-  
odo partibus integrantibus atque  
invicem amotis, quo valeant fa-  
us vim suam exerere in corpore  
mano ejusque vicissim actionem  
i? an novas quasdam acquirit  
alitates, ita ut sit illa, qua dona-  
virtus superior, referenda novo  
amixto vel composito ex mercu-  
et substantia quacum combina-  
? an debetur ejus actio praepo-  
ior viribus concurrentibus mem-



brorum seu partium componentium? vel an non praeter ipsas substantias crassiores et sensibus obiectas quas ingredi mixtum seu concretum certo scimus, colligit etiam argentum vivum et sibi adjungit in ipso processu, adventitii quid, adeo subtile atque omnes sensus fugiens ut demonstrari non possit, licet quodammodo deduci a posteriore, quod evadat ejus actio longe superior illa quam exerere valet vel solus hydrargyrus, vel unita vis earum substantiarum sensibilibus quae concurrant ad constituendum concretum mercuriale?

Nonne probabilius hoc se modis habeat, et vis illa stupenda, quae gaudet mercurius praeparatus praesentibus argento vivo, tribuenda sit portioni materiae illius aetherae ignisve elementarii, quae quamvis oculorum

aciem penitus effugiat, diffundi universaliter, omnia corpora tam solida quam fluida permeare, et totius esse quasi animam mundi mille experientis praecipue electricis cognoscimus, quam sibi hydrargyrus nova modificatione, vel particularum infinita pene divisione, assimulare et eum combinare valeat, qua adeo ducitur atque attollitur vis mercurii, ut lues venerea facilius hujuspe dometur, attenuantur resolvanturque humores, naturaque exciteur ad expulsionem materiae morificae?

Hydrargyrum praeter atque aciem muriaticum, seu spiritum factum marini, nullam aliam substantiam sensilem concurrere ad compositionem mercurii sublimati corrosivi, nemini, vel leviter chemia imbuto, est ignotum: attamen effectus

inde provenientes multo sunt violentiores, quam qui produci possent a multiplice dosi hydrargyri atque acidi falis marini, vel seorsim vel conjunctim exhibitorum, nisi intercesserit processus igneus. Et si salium mercurialium vis esset imputanda acido hydrargyro superaddito, hoc sublato, non auferetur ejus actio; atqui ita se rem habere experientia constat. Inesse nempe acidum, et quidem satis magna quantitate, mercurio dulci, nemo est qui nesciat; attamen si hujus certae portioni pulverizatae, infundatur cujusvis liquoris alcalici q. s. ad saturandum quidquid est acidi, probeque abluatur sal neuter exinde proveniens, paucissima grana pulveris mercurialis hoc processu praecipitati, vehementiorem fortientur effectum, quam par, vel etiam major

quantitas mercurii dulcis. Augeri actionem hydrargyri acido combinato, si sit concretum solubile, certissimum est; verum hoc mihi videtur referendum principio, vel materiae igneae, unde est ipsius aciditatis causticitas, ideoque concretum mercurio salinum esse operationis vehementioris, quia hanc sibi materiam subtilissimam copiosius associare queat, ex cujus subita et copiosa nimis in corpore humano solutione vel extricatione oriuntur omnes illi ardores, inflammationes, irritationes, spasmi, exitusque lethales, quos produci ab his praeparationibus quandoque experimur.

Donari posse mercurium, aciditatem non combinatum, magna aperiendi vi, patet, ex actione vehemente pulveris subnigri qui provenit ab argento vivo diu contrito, vel ob-

jecto igni grad. 180, vel mercurio calcinato seu ut vulgo dicitur praecipitato per se, qui, uti bene norunt chemici, conficitur servando hydrargyrum inclusum vase tubulato altiore, superne aperto, in ignis gradu quam proximo illi ad ejus elevationem requisito, donec squamulas referat rutilas, quod plerumque duorum vel trium mensium spatio contingit. Non sum nescius affirmari a quibusdam, hanc hydrargyri induci mutationem ope acidi ex aëre collecti, per aperturam in apice vasis; sed quam hoc gratis cernitur ex eo, quod idem sit subsequens eventus, etiamsi hydrargyrum includatur vase hermetice clauso, licet tempus magis diuturnum processus hoc modo exigat, viz. spatium mensium viginti vel annorum duorum: nihil igitur exinde conclude-



re licet nisi concursum aëris plurimum ad hanc operationem accelerandam conferre, cujus ego causam esse suspicor, quod aëris accessione, mercurii divisio multum promoveatur; idcirco processus iste compendio perfici potest, si quis utatur mercurio praecipitato a quovis acido, ope cujusvis alcali, et probe abuto, est enim mercurius in omni- bus praecipitatis summe divisus.

Sunt quibus mercurii vis in praecipitatis atque in mercurio calcinato, provenire videtur ex eo, quod cum sit ut modo dixi summe divisus, inest in ejus particulis aptitudo quaedam ad ineundam unionem cum acido quod reperiatur in corporibus nostris, ex qua nascetur combinatio mercurialis salina. At non minor erit effectus horum praeparatorum, si exhibeantur in statu



humorum alcalico, vel commixta substantiis alcalicis. Et quî hinc redditur ratio et magnitudinis auctae et ponderis, siquidem mercuriũs calcinatus et crescit magnitudine atque augetur pondere? provenire haec ex aliqua substantia superaddita necesse est, et si judicandum sit ex effectibus, unde verisimilius quam ex ipsa materia subtilissima aetherea quae est vitae motusque omnis, sub Deo, et principium et fons.

Duplicem quidem modo materia ignea spectari potest, primo, ut libera, soluta ab omni vinculo, nullamque mixti partem constituens, est tum summa fluiditate et causa fluiditatis in caeteris corporibus, motu fruitur perpetuo, et si partes ejus vi aliqua approximantur, impetu quodam repulsivo nituntur ut avolent: secundo, prout est pars vel principi-

im componens et constitutum  
mixtorum seu concretorum; dum-  
que sic associatur alienae prorsus  
videtur esse indolis, privarique om-  
nibus illis proprietatibus, quibus li-  
bera distinguebatur. Hoc vero non  
est proprium igni, hanc quasi com-  
munem fortem subeunt caetera ele-  
menta, cum constituent mixta seu  
concreta; etenim aër, cum sit pars  
corporis, non amplius est elasticus,  
qua non madefacit, &c.

Paradoxon forsan videatur, ignem  
elementarium, cum sit naturae su-  
radictae, coalescere et combinari  
cum caeteris elementis, particulif-  
que integrantibus aliorum corpo-  
rum, ita ut cum illis efficiat con-  
creta seu composita: verum com-  
pertum est existere in caeteris ma-  
teriae particulis, conatum ad acce-  
ndum et cohaerendum pene uni-

versalem, non solum qui conspicitur in massis solidioribus, cujus est actio late diffusa, et qui vocatur apud Physicos gravitas, seu vis centripeta; sed et colligitur experientia inesse in minimis naturae, vim quandam appetentem coalitionis, qua non solum ejusdem massae partes colligantur, sed et diversorum corporum particulae impetu quodam unionis agitantur, quae locum habet in minimis tantummodo corpusculis, inque ipso puncto, vel quam proxime, contactus, estque major vel minor, prout figura corpusculorum vel particularum aptior sit quo majore superficie vel pluribus in punctis sese mutuo contingant. Unde sit haec potentia non est propositi nostri inquirere; existere illam mille phaenomenis constat, huicque innititur tota pene

chemia, quae in corporibus solvendis componendisque versatur.

Jam vero quo minutius dividitur corpus quodcunque, eo semper particulae ejus latiore exhibebunt superficiem, quo latior autem superficies, eo fortior erit attractio, et cohaesio, quia plus contactui dabitur loci: at cum nulla sit in rerum natura substantia ea subtilitate atque agendi vi praedita, quae haec aura aetherea, seu ignis elementarius, nulla ad dividenda corpora aptior, hujus ope forsitan adco-  
livi potest argentum vivum, eo parvitas redigi ejus particulae, adeo augeri earum superficies, ut superare valeant quorundam corpusculorum igneorum resistentiam, eaque ita colligere, coërcere, et retinere, ut cum particulis mercurialibus efficiant mixtum sive con-

cretum. In hoc statu omnem vim fumam amiffisse videbuntur, effeque omnino inertia, ufque dum mediante aliqua vi externa feu potentia folutiva, difrumpatur copula, vel imminuatur vis retinens, vel quovis alio modo fuperior evadat impetus eorum repulfivus, tumque violenter avolabunt; nunquam enim tolluntur vel reipfa minuuntur proprietates ignis effentiales, irretitus tantummodo tenetur vel exhauritur atque impeditur ejus actio potentia fuperiore. Utrum hocce vel quovis alio modo res contingat, effici certe combinationes ftupendas in dies videmus. Quantum aëris ingreditur mixta, quantum hujus perpetuo folvitur et reabforbetur, quantaque ex ejus in corpore humano foluta copia nimia accidunt mala vix cuiquam eft ignotum. Atque idem



quoad ignem locum habere quid prohibet?

Neque ad hanc materiae aethereae cum hydrargyro combinationem efficiendam, necesse est interveniat ignis culinarius; siquidem colligitur materia ignea, tam collisione externa, atque affrictione mutua corporum solidorum, quam attritione, motuque intestino partium componentium fluidorum, uti patet in scintilla elicitae ex ilice, fermentationibus, effervescentiis et dissolutionibus. Quum igitur et tritura dilatur hydrargyrus, et colligatur materia ignea, facile concipitur, qua ratione hac encheirisi augetur mercurii vis atque agendi potentia, scilicet pro quantitate hujus materiae associatae.

Colligitur etiam ex dictis quod differunt inter se composita mercu-



ritalia, atque unde illa effectuum va-  
 rietas, quae percipitur in diversis ho-  
 minibus, et quandoque in eodem  
 pro statu humorum, data eadem  
 praeparatione eademque dosi; pen-  
 dere viz. hoc ex quantitate materiae  
 igneae in concreto, et vi solutiva  
 menstrii, ventriculi, &c. Inest e. g.  
 in mercurio sublimato corrosivo, a-  
 liisque concretis mercurialibus cau-  
 sticis, major copia hujus materiae sub-  
 tilissimae, habita ratione argenti vivi  
 quam in mitioribus, hinc copula  
 est minus arcta, facilius igitur, et  
 majore copia, in ventriculo solvitur,  
 unde omnia illa symptomata  
 dolorifica et lethalia, quae adustis  
 fibris ventriculi atque intestinorum  
 nerveis experiuntur, qui haec la-  
 gione dosi assumpserunt; verum  
 cum addito argento vivo, repetita  
 que sublimatione intenditur copu-

fitque nexus arctior, quam qui solvi potest vi ventriculi et succorum; vel non nisi lentissime, sensim, atque exigua quantitate demittitur, ideo compositum est iners, vel agit tantummodo gravitate, vel leniter stimulat, atque ejicitur per alvum vel alia corporis excretoria; quamvis ea nonnunquam reperitur in quibusdam vis solutiva, vel status humorum accidentalis, ut copiosius dissolvantur concreta mitiora praeter expectationem medici atque aegri, graviorefque quandoque ab his excitentur commotiones, etiam consueta dosi exhibitis.

Sed quamvis concedatur reddi supradictis rationem vis mercurii stimulantis, attamen non magis conlabit de virtute ejus antivenea. Vereor profecto ne tam sit abdita natura et sedes morbi, adeoque

vis remedii subtilis atque omnes  
 sensus fugiens, ut nos in aeternum  
 lateat. Satis quidem nos felices ae-  
 stumare possumus, dari remedium  
 quo tantum humani generis et de-  
 decus et flagellum propulsare valea-  
 mus. Experientia quidem certum  
 est, non esse adscribendam virtutem  
 mercurii antiveneream potentiam  
 qua evacuationes cieat, siquidem e-  
 vacuationes copiosissimae cujuscum-  
 que generis, omni morbi stadio in-  
 ductae, ad luem sanandam parum  
 contulere, quin et obesse quandoqu-  
 videntur, nam plures qui his, sensu  
 bilioribus saltem, praemature a  
 ipsis mercurialibus excitatis optat-  
 sanitatis spe excidere, adhibito de-  
 incepto mercurio ita ut nulla ab eo  
 subsequuta fuerit evacuatio sensibili-  
 perfecte sani evaserunt. Nonne hinc  
 jure inferre liceat, esse mercurii a-

onem in hoc morbo alterativam, tumque illum edere effectum, non nimis agendo in massam humorum hanc immediate in virus venereum, quod extinguit, vel ita labefactum vel commutat, ut sublata vel saltem diminuta ejus agendi potentia, si alia quaevis materia e corpore exciatur, illo naturae conatu vel stimulo quo se a noxio vel superfluo liberare nitatur; ad quem nimis excitandum valeant cum aliis remedia, tum praecipue prae aliis mercurius, eximia sua stimulante

Esse autem actionem mercurii immediate in virus venereum, probatur ex eo quod affectiones venereae externae diu mercurio intus exhibito frustra oppugnatae, facile cedunt topice applicato.

Mercurii administrandi ita ut ad sanguinem penetret atque humori-

bus immisceatur, duo ponuntur modi, unus externus, alter internus. Prior unice apud hos qui se primos his morbis tractandis dedere, atque etiam nostris temporibus plurimum invalet. Perfricantur corpora aegrorum, pro ratione morbi, unguento confecto ex sevo vel axungia porcina, atque argento vivo ad extinctionem contrito. Variis unguentum hoc conficitur proportionibus pro consuetudine loci et diversa medicorum sententia. Aequalibus argenti vivi atque axungiae partibus fit unguentum coeruleum fortius Ph. L. duplici axungia mitius. Quum difficilius ineat argentum vivum cum axungia unice, ideo a multis, parvis laboris extinguitur prius terebinthina, vel balsamo sulphuris, verum hoc modo confectum cutim saepe inflam-



at, pustulasque excitat. Extingui-  
 ar melius paulatim vel quinta cir-  
 iter parte unguenti jam confecti,  
 el solo sevo axungiave vel addita  
 arva quantitate camphorae, uti a-  
 ud quosdam exteros obtinet.

Solenne erat apud medicos prio-  
 es mercurium ita administrare, ut  
 livationem excitarent, hac fretos  
 opinionione luem curari non posse sine  
 acuationibus: Quumque illos la-  
 ret sanguinem per totum corpus  
 rri circuitu; excretionem a mercu-  
 o instigatam per glandulas saliva-  
 s, spurcissimam quidem et foeti-  
 ssimam, non mercurio, sed vi  
 orbi referendam criticamque exi-  
 mabant, pergebantque sine modo  
 l mensura inungere et perfricare,  
 ti quo esset uberior excretio, eo se-  
 ctius ac perfectius curaturos; mi-  
 m igitur videri non debet, subse-



cuta fuisse illa mala quae traduntur  
 a scriptoribus, atque aegros ipsum  
 saepe morbum remedii severitati  
 praetulisse. Verum cum viderent  
 luem, in quibus ob habitum corpo-  
 ris infirmiore salivationem ciere  
 timebant, non minus perfecte, et  
 tutius et jucundius sanari, relicta  
 salivatione, contulerunt se ad mo-  
 dum qui dicitur per extinctionem  
 vel quia extinguitur salivatio si for-  
 te contra mentem medici oriatur  
 vel quia extinguitur atque obruitur  
 morbus nulla inducta evacuatione  
 sensili. Hac via, praemissa plerum-  
 que venaesectione et purgatione  
 quandoque et interposita, pro re na-  
 ta, perfricantur extremitates corpo-  
 ris, vel quaelibet trunci pars, excep-  
 tis pectore atque abdomine, primo  
 exigua unguenti mercurialis quan-  
 titate, pergiturque quotidie sensu

agendo ad certum usque gradum ;  
 interim medicus quam diligentissi-  
 me observat gingivas atque oris in-  
 teriora, si dolere, inflammari, tume-  
 re incipiant, vel interponitur pur-  
 gans mitius, vel abstinetur ab ulte-  
 riore frictione per unum alterumve  
 diem, donec subsederit omnis in-  
 flammatio, &c. hocque modo perse-  
 veratur, quousque omnia morbi  
 symptomata fuerint penitus subla-  
 ta. Victus praecipitur tenuis, parcus  
 & continens pro discretione medici.  
 Curatio plerumque conficitur spatio  
 septem diebus alteriusve mensis ; et consumi-  
 tur unguenti a duabus ad quatuor  
 decemve uncias plus minusve, sed haec  
 est pro ratione aegri et morbi. Qui-  
 busdam, praecipue Galli, praemittunt  
 repetitum balneorum tepidorum u-  
 num a vicesima ad quinquagesimam  
 usque vicem, quandoque et interpo-

nunt frictionibus, ea intentione ut materia morbifica ad resolutionem atque excretionem disponatur, cutis laxetur, glandulaeque salivales minus irritentur a mercurio: verum mos iste minus apud nostros invalet, et non nisi statum morbi graviore locum habet.

Sunt quibus hic mercurii adhibendi modus aliis omnibus videtur anteponendus; verum oppugnatur ab aliis, neque injuria. Quantitas enim hydrargyri quae hic praebetur longe major est quam quae sumitur interne, incertum est omnino quantum intra corpus recipiatur, quantumve agendi potentia detur, cum hoc pendeat ex triturae diuturnitate portioneque revera extincta; hinc pars plerumque coit in globulos incute, et pannis quibus partes asfrictae obvolvuntur conspiciendos, pars

liffatur per auras, uti patet ex me-  
 allis in aegrorum cubiculis faepe  
 particulis mercurialibus dealbatis ;  
 is si addatur diversus aegrorum  
 abitus, horum adeo cutis laxa po-  
 que patuli ut avide quidquid ob-  
 citur imbibant, illorum cutis den-  
 adeo et coarctata, ut vix quid pe-  
 trare finat ; mirum non erit ex  
 ubio adeo atque ancipite remedio  
 tantam effectuum varietatem quan-  
 que conspici.

Postquam constitit augeri vim ar-  
 enti vivi ratione divisionis, crede-  
 atur plenam ejus virtutem obtine-  
 posse, si redactum in vapores in-  
 a corpus reciperetur. Quidam er-  
 o combinatum cum sulphure ut  
 cinnabare, vel immixtum balsa-  
 is et resinis injiciebant in carbo-  
 es, munitisque aegri capite et pec-  
 ore, reliquum corpus nudum fu-

mo exponebant per aliquot horae momenta, dein stragulis coöpertum reponebant in lecto, ut copiose fudaret, repetebaturque fumigatio ad dies aliquot. Hac ratione brevi tolli symptomata videbantur, sed brevi etiam repullulabant, indicium certum specie tantum auferri morbum, non re. Quin et omnia illa mala quibus obnoxii sunt opifices qui in artificiis suis conficiendis inspirare saepe solent argenti vivi vapores, viz. caput dolores immanes, artuum resolutiones, paralyfes, &c. experiri aegros necesse est; hinc modus iste jamdudum obsolevit, atque his temporibus nunquam in usum vocatur, nisi quandoque dirigatur fumus ope infundibili ad tumores vel ulcera, postquam rationes tutiores incassum tentatae fuerint. Quoscire volunt effectus prorsus mira



biles fumigationis, unica vice, 30  
 innabaris granis habitae, consulant  
*Edin. Med. Essays, 4 vol. pag. 41.*

Uti eo consilio institutae sunt fu-  
 migationes ut hydrargyrus subito  
 magnaque vi donatus in corpus re-  
 piperetur; ut lente sensimque pene-  
 raret, tegebant alii totum corpus  
 emplastris mercurialibus. Sed prae-  
 erquam quod ingratissime his co-  
 rcebantur artus, erat effectus eo-  
 rum non solum lentus, sed omnino  
 inconstans, transpirationeque mag-  
 na ex parte obstructa, nascebantur  
 pustulae inflammatoriae: ideo jam  
 non nisi tumoribus affectionibusque  
 opicis applicantur, ut determinetur  
 vis mercurii ad locum affectum.

Supereft alius mercurii praeestan-  
 ti modus externus, qui olim obti-  
 nuit, postea derelictus nuper est a  
 quibusdam, ex quo celeberrimus



Van Swieten mercurium sublimatum corrosivum tantopere praedicavit, denuo tentatus. Balnea conficiebant, solvendo singulis aquae menfuris duarum librarum, ad octo grana mercurii sublimati corrosivi, vel alterius falsis mercurialis excedente acido: in his tepidis remanebant aegri ad certum tempus. Sed brevi recidit horum usus.

Hinc quoad usum externum hydrargyri ea intentione ut ad sanguinem penetret et cum eo misceatur concludendum videtur cum Al. Traj. Petronio. Tanta est ejus inconstantia ut nunquam omnino exacte administrari possit, quum enim nimio ejus usu nocere times, parum proficis; cum eo quod satis est juvare cupis, saepenumero valde laedis, adeo difficile est ejus vires metiri, et

rectum ab eo quod non est rectum in illo discernere.

His igitur rite perpensis, coeperunt medici incumbere atque operam dare argento vivo ita parando, ut quam minimis incommodis, maximaque utilitate praestari posset interne; quumque ut ante dictum est, parum haberet virtutis massa leglutitum, dividebant terendo cum nelle, saccharo, balsamis et resinis, gummi, cathartici, absorbentibus, sulphure, sale, &c. hisque praeparatis diversa sunt nomina imposita, leprompta vel ex substantiis quibuscum associabatur, vel ex intentione curativa; hinc mercurius saccharatus, alcalizatus, diaphoreticus, antiscorbuticus, &c.

Mercurialibus ita instructis, plurimum communicari virtutis constat, ex salivatione his saepe inducta,

et si debita cura parentur, et perite administrantur, eventus saepe fortuntur perquam salutares; sic enim efficitur ut mercurius et vim suam adferat propriam, atque operationem remediorum quibuscum connectitur promoveat. Verum in omnibus his tritura paratis, inest semper aliquid inconstantiae; cum pendeat vis eorum, tum ex aptitudine substantiarum quibuscum terantur ut cum illo coalescant, tum ex gradu triturae, in quo non datur certum indicium quo quis judicare posset quantum hydrargyri perfecte extinguatur, cum saepe videatur nudo oculo extinctus, armato autem plane globulosus conspiciatur: attamen plusquam probabile est, deberi virtutem horum praeparatorum particulis mercurialibus revera extinctis privatisque forma sphaerica

Indicavit D. Plenck medicus Vindobonensis, paucis abhinc annis, esse hydrargyri cum mucilagine gummi arabici affinitatem electivam, seu aptitudinem ad unionem strictiorem, quam cum quâvis alia substantia vegetabilili; at examine accuratius instituto, non videtur esse combinationem perfectam, cum non opus sit tertio quo ad decompositionem, particulae vero mercuriales, affusa aqua, subsideant in fundo magna ex parte conspiciendae ope microscopii, plures vero oculo, et dum suspenduntur in fluido, irretiri potius videntur tenacitate gummi, quam combinari a qua affinitate electiva.

Ex omnibus substantiis hucusque cognitis quibuscum associari potest hydrargyrus, non est quae habeat unionem tam arctam quam

cum sulphure. Si conterantur pondera aequalia sulphuris atque argenti vivi, redigentur in pulverem nigrum, cui nomen ob colorem aethiops mineralis (qui conficitur etiam immiscendo hydrargyrum sulphuri liquefacto.) Sed quamvis haec encheiresi jungantur pondera aequalia, non ultra septimam partem sulphuris secum perfecte combinare valet hydrargyrus; nam si aethiops mineralis supradictus objicitur igni vehementiori, relicta maxima parte sulphuris, sublimabitur hydrargyrus cum septima tantum sui ponderis parte, sub forma massae rutilae, quae vocatur cinnabar in quo combinatio est adeo arcta ut semper simul elevabuntur, nec separari ne minima ex parte possunt nisi interventione corporis alterius.



Ex unione mercurii cum sulphure oritur effectus prorsus diversus, quam qui ex ejus associatione cum quavis alia substantia; hac enim augetur ejus vis atque agendi potentia, illa redditur omnino iners; hujus ratio esse videtur, quod tam recta sit conspiratio particularum autua, tamve obvolvuntur particule mercuriales particulis sulphuris insolubilibus, ut prorsus defendantur ab actione organorum et succorum corporum nostrorum; ideo rejiciuntur cinnabar atque aethiops mineralis a pluribus medicis, tanquam omnino insolubilia atque inertia; at forsitan injuria, quamvis enim non negant ut mercurialia non ideo omnis compositis deneganda est operatio: Aethiopem mineralem probe citum, parvis et repetitis dosibus cum cibo exhibitum, novi ego, fa-



lutari cum eventu, in obstructionibus mesentericis, et statu lymphæ debito spiffiore. In lue autem venerea qui his innititur spe sua certiffime decidet.

Salibus mercurialibus qui fiunt solvendo vel combinando hydrargyrum acidis mineralibus, nec obicit potest operationis inconstantia, nec virium defectus; at nescio annon sint ista concreta rejicienda magis in statu primitivo, ob summam virulentiam et causticitatem plane horrendam, queis his processibus donantur.

Acida mineralia agunt potentiffime in hydrargyrum, varie tamen pro natura acidi. Nullo acido copiosius solvitur quem nitroso, neque ad hanc solutionem requiritur concursus ignis culinarii, quamvis ad illam promovendam sæpius adhi-

etur. Si fit acidum valde concentratum, parem mercurii quantitatem dissolvat, at est nexus haec inter minor, quam hydrargyrum inter atque acidum vitriolicum vel muriaticum; nam si utrumvis horum indicatur solutioni nitrosae, rejecto acido nitroso, huic se mercurius adhaeret, exque coalitione vitriolica, efficitur turpethum minerale, ex muriatica, mercurius praecipitatus albus.

Verum ut acidum vitriolicum dissolvat hydrargyrum (nisi sit ut in solutione supradicta summe divisus) requiritur ut sit maxime concentratum, atque ut promoveatur ejus actio igne culinario. Ad hanc solutionem efficiendam committitur mercurius igni arenae cum duplici acido, ad ebullitionem perductus liquor acidus, magis magisque prout

dissipantur partes aquosae concentratur, et quo fit densior, eo plus suscipit et retinet caloris, cumque est summe concentratus, aggreditur mercurium, qui, evaporato omni fluido, reperitur in fundo, sub forma massae albae. Eodemplerumque modo fit solutio nitrosa. Massa ex utroque processu proveniens est magis fixa, i. e. vehementer ad ejus sublimationem ignis exigit, quam hydrargyrus.

Combinatio argenti vivi atque acidi muriatici, locum habere non potest, nisi sit utrumque summe densum. Ad hanc promovendam, induntur retortae vel phialae, massae mercurialis salina residua ex solutione vitriolica vel nitrosa, et parva quantitas salis marini decrepita, adhibitoque debito igne, cum major affinitas inter acidum vitri-

licum vel nitrosum et basim falis marini, quam fit illius cum mercurio, vel hujus cum acido muriatico, ex affinitatum legibus in amplexum ruunt mutuum, hinc soluta utrinque argentum vivum atque acidum muriaticum ignis vi elevantur in vapores, atque in se mutuo impinguntur et combinantur; acido vitriolico vel nitroso, et basi falis marini in fundo vasis remanentibus mutuo colligatis.

Productum ex processu superiore dicitur mercurius sublimatus corrosivus, in quo multo est mercurii atque acidi nexus arctior, quam in compositis vitriolicis vel nitrosis; siquidem in his acidum magna ex parte vel igne abigi, vel aqua ablui potest, concretum vero muriaticum igni objectum, totum sublimatur,

tôtumque aqua solvitur, ita ut quaelibet ejus particula in menſtruo, fit compoſita ex mercurio atque acido, vere ſal metallicus. Augetur gravitas abſoluta maſſae, prae argento vivo, duabus ſeptimis partibus; eſt autem ejus gravitas ſpecifica ad hydrargyrum uti 8 ad 14, eſtque ipſo volatilior: requiruntur ad ejus ſolutionem aquae partes vicenae vel undevicenae.

Vitriolum mercurii nunquam exhibetur in ſtatu primitivo, dicitur tamen fuiſſe remedium Knoffelii quod vocabat antipodagricum et diaphoreticum ſecretum. Edulcoratum crebra aquâ calidâ ablutione, omni pene acido demifſo, mutatoque colore, nobis praebet turpethum minerale, ſeu mercurium emeticum flavum, ſic dictum, quia nullum ex remediis mercurialibus,



quae dantur interne, vomitiones certius provocat; facile etiam fluxum ciet salivalem, ideo fatis usitatum erat his, qui solebant salivationem remediis internis excitare, si dato mercurio dulci ad certum tempus, non sequeretur fluxus optatus, praebere pauca grana turpethi mineralis ad illum accelerandum. Laudatur a quibusdam tanquam egregium in gonorrhoeis remedium. Si videretur in his fluxus modum excedere, solebat illustrissimus Sydenhamus ad duas tresve vias, ad octo grana exhibere. At pacem viri dixerim, verendum ne hoc periculofum foret nisi in robustissimis, et cum ~~hinc~~ non nisi revulsio- nis gratia factum fuisse videtur, nisi mul ejicerentur humores vitiiati, vel extingueretur virus, futurorum.



malorum inde suppeditaretur fomes. Ast haec praeparatio, optimo cum effectu, datur ad granum unum cum pill. de duobus et camphora, ad modum alterativi, uti commendatur in *Edin. Med. Essays*, 4 vol. pag. 33: sed eadem intentione, eodemque cum successu, exhiberi possunt mercurius calcinatus, quodlibet e praecipitatis mercurialibus probe ablutis, vel praeparationes mitiores.

Nec minus causticum est nitrum mercuriale, quin et magis, cum omnes partes corporis quas attingi comburat ac destruat. Si massa alba, in pulverem contrita, torreatur igne sensim aucto, per varios colores flavum, aurantiacum, &c. ad rutilum perducitur, tuncque dicitur mercurius corrosivus ruber; qui per raro nisi externe ad erodendas carnes fungosas adhibetur: memoratur ta

nen aliquando bene vertiffe ejus u-  
 um internum in lue inveterata ad  
 omnia remedia ufitatoria rebellem.  
 Narrat D. Storck hujus fe ope (du-  
 bus viz. granis in decocti meracis  
 radice Bardanae libris quatuor solu-  
 is) fanaffe luem, folutione mercurii  
 fublimatei corrofiui fpirituofa incaf-  
 fum oppugnatam. Mercurius hic  
 uber, crebrius aqua calida, fola, vel  
 addito fale alcalico, ablutus digeftuf-  
 que fpiritu vini poftea conflagratio-  
 ne confumendo, dat arcanum coral-  
 inum, pulverem principis et prae-  
 cipitatum fufcum Wurtzii. Omnes  
 autem hujufmodi praeparationes,  
 vel minimae acidi fuperfint reli-  
 quiae, funt fummae acrimoniae,  
 plurimumque damni inferre folent  
 ventriculo. Quid ergo cenfendum  
 fit de folutione vel fale primitivo?  
 tamen vix eft ullum e praeparatis

mercurialibus frequentius in usum vocatum ab empiricis. Solutio haec aqua diluta dedit aquam mercurialem, tamdiu a fratre quodam Franciscano Parisiis dispensatam; haec addita certa salis ammoniaci quantitate praebuit guttas albas Ward, adeo apud nostros divulgatas; et nuperrime hanc solutionem medicus Parisiensis digestam vel immixtam spiritu vini, praetextu dulcificationis, additoque saporis gratia syrupo venum dedit et credo etiam nunc venundat, sub nomine syrapi mercurialis. At caveant qui talia audent, ne vice opiferorum, numerum obtineant pharmacis interimentium.

Concretum mercuriale muriaticum, propter summam corrodentem vim, non nisi aqua copiosa dilutum etiam externe adplicatur. Assump-

um interne, ad paucissima grana, inflammationes horrendas ventriculi etque intestinorum, tormina, fluxus sivi serofos dein cruentos, quandoque purulentos, convulsiones, sudores frigidos, animi deliquia, ipsamque mortem brevi inducit. His malis terterriti, plerique ab ejus usu interno prorsus abstinendum censuerunt: non defuerunt tamen, a tempore Basilii Valentini, qui illud praecaverunt, tanquam egregium in orbis desperatis remedium; verum reclamantibus aliis, inter hos Partheuser in Pharmacologia hortatur medicos, ut ab usu hujus corrosivi interno semper abstinent, si alias conscientiam salvam et famam illibatam conservare velit; affirmatque noxas quas propterea hoc interne sumptum incipit, non semper post primam statim

absumptionem, sed per saepe post  
 notabile demum tempus sentiri. E  
 sane seu quod remedium hoc peri  
 culosum nimis crederetur, seu quo  
 effectus non responderent promissi  
 quamvis saepe tentatum brevi est de  
 relictum; uti in Gallia ubi admin  
 stratum est tempore Ludovici XIV  
 atque in castris Gallicis ad obsidio  
 nem Namurci, sub nomine *Remede  
 du Cavalier*, uti etiam in Anglia ut  
 patet ex Turner. Nuper vero his no  
 stris temporibus, illud rursus in u  
 sum vocavit illustrissimus Van Swi  
 ten, fretus auctoritate celeberrim  
 Boerhaave, qui meminit mira illu  
 praestare in multis morbis incur  
 bilibus. Primo praebuit aqua cop  
 osissima dilutum, incipiendo a vic  
 sima parte grani, pergebatque dosi  
 augere quam cautissime, toto an  
 mo invigilans si minimum exin



lamnum perciperet: verum hoc modo vix ad medium granum singulis diebus exhibere valuit, quin egri de faucium et ventriculi ardore conquererentur, angebantur fiti, &c. dum secum ipse meditaretur quibus potissimum posset haec incommoda evitare, literis certior factus est ab amico Ribeira de Sanchez sufforum imperatricis archiatro, fore veterem chirurgum, in morbis venereis desperatis, praebere unciam mixturae sequentis mane et vespere.

R. Mer. sub corros drachmam spir. ferment. ex hordeo vel secale parati semel rectificati uncias centum et viginti.

locque illum remedio sanare et certo et tuto, nec inde quidquam subsequi mali, nisi quandoque salivationem. Ex hoc refert se eundem ministrandi modum ascrivisse, sed



cum salivationem induci nollet, per raro plusquam dimidium vel 5 octavas grani partes exhibuisse, nec minus certe curasse, sed plus temporis impendi.

Legenti casus enarratos, quibus manifestatur hujus remédii efficacia, tum cum exhiberetur ab hoc illustrissimo viro, de cujus probata fide nullus dubitat, tum inspectante illo, a Maximiliano Locher in Nosocomio Vindobonense, videretur esse hoc illud tamdiu exquisitum in luce venerea remedium, nullaque alia re opus esse nisi ut caute et perite administraretur habita ratione aegri et morbi. Verum sive quod intereffet aliquid habitus discriminis inter Germanos, populosque septentrionales et nostros gentesque Australes, delicatulos forsan magis, sensuque praeditos exquisitiore, sive (quo

nihi videtur probabilius) quod  
 menstruum apud illos usitatum ma-  
 joribus retereret concreti acerbis-  
 simis, jusque extricationem subitaneam  
 et copiosam nimis inhiberet quam  
 quo praebetur vehiculum a nostris,  
 indubium est, effectus adhibiti re-  
 medii tum apud nos, tum apud  
 Gallos Italosque, longe inferiores  
 esse spe concepta ex casibus a Ger-  
 manis illatis: remedium datum do-  
 minore nauseas, vomitiones, ar-  
 dores faucium et ventriculi, tormi-  
 na, affectionesque nervosas saepe  
 gravissimas, anxietates, animi deli-  
 quia, saepius excitabat; et sive quod  
 aegri ferre remedium debita dosi  
 non valerent, seu quavis alia de cau-  
 sa, quamvis in plurimis minuerentur  
 symptomata, in aliis quandoque vi-  
 derentur tolli, saepe repullulabant,  
 adeo ut perfecta, atque absoluta cu-

ratio obtineri non posset. Licet remedium hoc nunquam ipse administraverim, visis attamen quam plurimis quibus administratum est, et percontatus diligenter ab amicis qui illud saepe adhibuerant, didici, robustos qui ferre valebant remedium satis diu et copiose praestitum, perfectissime fuisse sanatos; in quibus inveterata magis fuit lues, dubiam fuisse curationem; in delicatioribus autem vix unquam confidi posse remedio, cum gravia inde subsecuta mala ulteriorem ejus usum profuso inhiherent.

Cogitanti mihi, unde posset oriari illa effectuum varietas, in praestando eodem remedio in Germania atque apud nos, illud imprimis occurrit, deberi forsan menstruorum vel vehiculorum diversitati. In Germania et regionibus septentrionalibus

us spiritus fermentatus ex hordeo  
et fecali adeo crasse atque inattente  
paratur, ut omne pene oleum quod  
in prima distillatione spiritui immif-  
setur, cum illo etiam in rectificatio-  
ne elevatur, unde sapor ille ingra-  
vis exteris facile percipiendus: at  
expressæ præcipit Van Swieten præ-  
beri remedium spiritu semel recti-  
ficato; et quamvis dicat accepisse se  
timore, datum fuisse a nonnullis  
in spiritu vini, atque ut audivit, eo-  
dem cum effectu, tamen in omni-  
bus casibus ab ipso enarratis, exhi-  
bitum est modo supradictò. Gallis  
que Italis non est nisi spiritus vini,  
quem cum sint experti minus con-  
venire, jam plerique ex illis qui hoc  
remedio utantur, præbere solent so-  
lutum aqua, cui additur parum sa-  
lis ammoniaci. Apud nos elaborant  
nam maxime distillatores, ut quan-

tum fieri potest, separetur spiritus ab oleo frumenti, ideo adhibent multi in rectificatione media, quibus colligatur detineaturque quominus cum spiritu ascendat, eo ut fiat, uti ipsi loquuntur, spiritus nitidior, i. e. magis insipidus. Jam vero experientiâ probatur, esse olea expressa (et quo sunt olea essentialia crassiora his propius accedunt) phar macorum causticorum correctiva, seu quod coalescant cum concretis illis atque eorum dissolutionem seu extricationem impedian, seu quod hi irretiantur atque actio eorum in partes corporum nostrorum hebetetur. Probe notum est quantum minuitur actio arsenici multorumque concretorum <sup>le</sup> deteriorum ope sulphuris, et forsân oleum hoc frumenti essentialia idem quid praestet? Certum est expertum fuisse Va



wieten, magnum discrimen, cum  
 aret remedium hoc aqua solutum,  
 cum spiritu frumenti, siquidem  
 x ad medium granum potuit aquâ  
 aeberere, quin graviter conquereren-  
 r aegri, quantitate autem dupla  
 lhibere valuit spiritu, sine ullo ae-  
 rorum incommodo, quin et dosim  
 igere, at tum admonet necesse esse  
 igere quantitatem menstrui, aliter  
 dem oriebantur mala quae ex da-  
 in vehiculo aquoso. At unde  
 nec diversitas, nisi ex eo quid nimia  
 medii impediretur extricatio? vix  
 eo quod defenderetur ventriculus  
 ejus actione, hoc enim potius ex-  
 ctandum esset a qualitate aquae  
 frigerante, quam a stimulo liquo-  
 spirituosi. Et fortasse eo quod a-  
 id nos exhiberetur remedium in  
 ltris et nosocomiis militaribus spi-  
 u crassiore, redditur ratio, cur me-



lius illud, et majore dosi ferre valebant milites, quam concives delicatiores et quare casus evulgati in opusculi medicis a chirurgis castrensis et praepositis nosocomiis militaribus magis congruant his qui enarrati sunt a Germanis.

Ex dictis, si quod sit horum pondus vel auctoritas, videretur eodem rem venire quocumque modo coherentur nimia concreti extricatio quod fieri posse opinarer, si teratur mercurius cum aliquo oleo essentiali appropriato, deinde digeratur cum spiritu vini, menstruo solutivo tum falis corrosivi tum olei. Sed quantum sit fide digna haec opinio, quodque melius conveniat oleum, restat experimentis stabiliendum, quae quantumcunque mihi fuerit in animo huc usque instituire non licuit.

Sed quamvis mercurius sublimatus corrosivus adeo sit causticus

non nisi cautissime minimaque dosi exhibendus, si conteratur additis tribus partibus argenti vivi, et postea sublimetur, repetaturque sublimatio ad duas tresve vices, fit mercurius dulcis, omnium praeparatorum mercurialium mitissimum atque utilitissimum. Sunt qui hortantur ut ad sextam vicem vel ulterius sublimetur, dein ut aqua abluatur, vel spiritu vini digeratur, ut fiat inde alomelanos, vel panaceon mercuriale; sed supervacanea haec; si enim ter quaterve rite perficiatur sublimatio, fit combinatio perfecta, estque concretum tum aquâ, tum spiritu vini, omnino insolubile.

Varia praecipitata quae fiunt liberando vel extricando mercurium, et dejiciendo ab acido comite, ope alcalicorum, vel substantiarum quibusum major est acidi affinitas quam

cum hydrargyro, quantumvis differant colore, vel distinguantur nomine, pene similia sunt actione, quae est mercurii summe divisi: habentur inter mercurialia acriora, atque effectus producunt satis validos etiam ad pauca grana adhibita. Horum usus minus apud nos frequens, cujus equidem rationem non sentio, videntur enim aptissima, quae futura aliqua encheiresi, constantissima, et satis mitia nobis praebeant remedia, cum sint in tali statu, ut subire possint actionem substantiarum vegetabilium.

Acidum acetosum fervidum aggreditur mercurium, cum sit ita divisus seu tritura, seu igne, seu praecipitatione, dissolvit coitque cum illo in salem, multo salibus mercurio-mineralibus leviolem, formaque varium, cum sit hic squamosus, illi

vero aculeati. Praebuit hic remedium Keyseri, adeo per Galliam, et pene per totam Europam divulgatum. Ast ante confectus est a Margraaf, et memoratur in Theatro Chémico, edito 1613. Sunt quibus prodesse haec praeparatio prae caeteris videtur: non est aqua valde solubilis, plerumque purgat per alvum, saepe tum torminibus atque irritatione magna, quem effectum si non foriatur, saepe salivationem excitat, sed mitius quam sales mercurio-minerales.

Dantur fortasse aliae mercurii praeparationes quam quae hic enumerantur, supradictis attamen comprehendendi possunt, fiunt etenim ex hydrargyro associato vel combinato cum oleis, saccharis, gummi, resinis, acidis vel alcalicis. Magna his mercurium vi donari, magnaque ex

hinc nobis praeberi remedia, indubitatum est; sed detur venia afferenti, nondum eo perventum esse quo res ipsa finat, ne dicam vocare videatur. Tolli quidem cernimus tum luem veneream tum alios morbos ope mercurii, dolendum autem est quibus potissimum praeparatis minimaque dosi tolluntur, vix uti nos audere, propter summam virulentiam et causticitatem plane horrendam: si autem talia ferre potest habitus fumentis, non minus certe curatio horum exigua quam maxima mercurii quantitate efficitur. Haud igitur affirmaturum quemquam existimo, opus esse ad sanandum, illa mercurii quantitate quae inest duabus pluribusve unguenti unciis, frictionibus plerumque consumpti, vel tribus quatuorve drachmis mercurii dulcis intus exhibitis,



um fanetur saepe femidrachma, vel  
erupulo alterius praeparationis. Et  
um tertia mercurii praeparatione  
uratur lues incassum una alterave  
ppugnata, siquidem mercurio sa-  
atur diversimode tantum modifi-  
to, nonne jure concludendum est  
esse vim medicatricem mercurio,  
uae diversis processibus plus mi-  
asve evolvitur atque extricatur, ita  
: assumpto ab aegro remedio, ad-  
icari possit ope naturae. Annon  
itur summe elaborandum est me-  
cis omnibus, ut talis habeatur  
mercurii praeparatio, in qua vis  
edicatrix hydrargyri aequalis sit  
i quae reperitur in salibus causti-  
s, ipsa autem causticitas vel minu-  
ur vel absit? vix etenim credo con-  
ndere quemquam has esse quali-  
tes omnino individuas, siquidem



si non tolli, minui quidem causticitatem ex antedictis perspicuum est.

Ut igitur plenus et perfectus mercurii obtineatur effectus, mihi videtur requiri, ut sit summe divisus, atque ita paratus ut lente, sensim ac sedato nisu in corpore nostro extricetur atque evolvatur, ut sanguini et fluidis immisceri valeat, circumferri per vasa, penetrare in canaliculos capillares, exhalarique uti vapor tenuissimus in telam cellulosam, aut ubicunque virus venereum sedem suam habeat, ut illud queat aggredi ac domare. Neque ad hoc tam immanis exigitur remedii copia; quam mirabilis etenim effectus quotidie percipiuntur a causis ob exiguitatem microscopice vix distinguendis? a moribus insectorum, miasmatis variolosis c

stiferis? ipsum virus venereum  
 nonne oculorum aciem penitus ef-  
 ficiat? Et quid! minus praepotens  
 bonis quam in malis censenda  
 vis naturae? Excellentia prae-  
 stantiaque medicaminum validorum  
 modum alterantium exhibitio-  
 nis nonne assiduâ experientiâ com-  
 probatur?

Sequentibus ego de causis irritum  
 esse mercurium reor, vel quia  
 non est in illo aptitudo ut agat in  
 corpora nostra, eritque tum iners  
 etque impar morbo; vel quia ita  
 ratur ut sit solubilis nimis, vel  
 tam si rite paratur, si dosi debito  
 jore exhibeatur, tunc enim vel  
 remature exeritur tota vis reme-  
 di in hoc vel illud organon vel par-  
 tem corporis, quod inde gravius et  
 praeter modum afficitur, vel ex ni-  
 llo stimulo instigatur natura ad

impetus, quibus remedium ut materiam noxiam et dolorificam ejiciat per excretoria crassiora, quod si ad intimiora corporis penetraffet, ibidemque fatis diu fuisset versatum, optatum effectum sortitum fuisset.

At vero ubi medicus peritus ac prudens vel nactus fuerit talem mercurii praeparationem, quae sit per se debite solubilis, nec nimiae causticitatis, vel hujus defectu tale selegerit e praeparatis usitatis, talique dosi administraverit, ut sit par viribus et potentiae solutivae aegri; nulla evacuatione sensibili excitata, nullo stimulo illato vehementiore ac praeternaturali, placide ac pacate ad interiora corporis penetrat, circulat cum humoribus, augetur sedato nisu vis naturae, mutatio in melius sensim ac sine sensu quodammodo inducitur, extinguitur virus vene-

reum, materia omnis superflua expellitur per ductus perspiratorios per quos et per respirationem pulmonariam, viis naturae consuetae, eicitur maxima pars assumptorum, aeger non debilitatur, profusis evacuationibus, sed omni medicaminum severitate atque asperitate evitata, nullisque perceptis incommodis, vix se, nisi amotis morbi symptomatibus, adauctoque robore, medicinae subiectum fuisse agnoscet.

F I N I S.









---

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
CYNANCHE MALIGNA.

---



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,

DE

CYNANCHE MALIGNA,

QUAM,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE DIGNISSIMI VICE-CANCELLARII

ARCHIBALDI DAVIDSON, S. S. T. P. P.  
ET COLLEGII GLASG. PRÆFECTI;

NEC NON,

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

PRO GRADU DOCTORIS,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS RITE ET  
LEGITIME CONSEQUENDIS,

*IN COMITIIS UNIVERSITATIS GLASGUENSIS,*

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

CHRISTOPHERUS COOPER,

ANGLUS,

SOC. REG. MED. EDIN. SOC. ORDINAR.

AD DIEM XXX. MARTII, HORA ET LOCO SOLITIS.

---

GLASGUÆ:

TYPIS JACOBI MUNDELL, ACADEMIÆ TYPOGRAPHI.

1799.

C



GULIELMO KINNARD

LONDINIENSI,

ARMIGERO,

PACI

IN

MIDDLESEXIA

PRÆFECTORUM

UNI,

PEREXIGUUM

AMICITIÆ ET OBSERVANTIÆ

TESTIMONIUM,

HANC

DISPUTATIONEM,

GRATO ANIMO,

D. D. CQUE

*CHRISTOPHERUS COOPER.*





---

---

DISPUTATIO MEDICA

INAUGURALIS,

DE

CYNANCHE MALIGNA.

---

---

*CHRISTOPHERO COOPER, AUCTORE.*

---

---

PROŒMIUM.

§ I. **C**ONSIDERANTI, de qua re, summos medicinae honores petiturus, scribat, multi sane morbi sese offerunt. Horum verò nulli sunt, quos magis oportet medicinalium honorum ambitiosum scire et scriptis tractare, quàm ii, qui, tabo pestilente orti, contagione vulgantur; quippe enim cùm frequentes sunt, tum, quoties grassantur, plurimos rapiunt.

II. Morbus, de quo scribere nobis in animo est, nulli eorum, qui contagione serpunt, gravitate signorum et periculo secundus est. Per sæpe enim, medicinâ parùm valente, ægros absumit: semper à medicis præsentaneum desiderat efficacissimumque auxilium.

## DEFINITIO.

III. CULLENUS ex ingenio clarus, quiq̄ue cæteris, qui in classes, ordines, et genera, morbos disposuerunt, palmam præripuit, *cynanchen malignam* optimè definivit. Quocirca, ad rem nostram fati erit ipsius verba citare.

“ *Cynanche tonsillas et membranam faucium*  
“ *mucosam afficiens tumore, rubore, et crustis mu-*  
“ *cosis, coloris albescentis vel cineritii, serpentibus,*  
“ *et ulcera tegentibus ; cum febre typhode et exan-*  
“ *thematis.*”

## HISTORIA MORBI.

IV. IN australibus EUROPAE partibus, *cynanche maligna*, anno hominum generis salutis millesimo sexcentesimo decimo, nota est; at maximè NEAPOLI, ubi, sicuti literis proditum est, viginti ampliùs annos grassata est.

V. Verùm non, ante annum, post CHRISTUM natum, millesimum septingentesimum quadragiesimum octavum, in ANGLIA apparuit. Tunc verò temporis, adeò gravis erat et lethalis, ut in eam summam curam intenderent medici præclari haud pauci, præcipuè FOTHERGILIUS, qui, quantum scimus, omnium nostratum primus accuratè descripsit.

VI. *Cynanche maligna* plerumque autumnò primâve hieme invadit; præcipuè, si præterita æstas solito calidior fuerit.

VII. Infantes et impuberes, præ adultis, morbo, quem persequimur, opportuni sunt; puellæ, ut observârunt medici, præ pueris.

VIII. Quanquam nulli sunt hominum, qualifcunque iis corporis constitutio fit, quin hoc morbo corripiantur, dummodo tabo, quo concitatur, impleti sint; ii tamen, qui prægressis morbis, aliifve caufis, multùm debilitati sint, apti, præ cæteris, sunt, quos adoriatur.

IX. *Cynanche maligna* à vertigine incipit, et à horroribus, quos, haud multò pòst, calores excipiunt. Postea verò quàm æger aliquandiu inhorruit viciffimque incaluit, calore intenso neque intermittente æstuat.

X. Simul atque eò perventum fit, caput vehementiffimè dolet: collum, contra consuetudinem, riget: sensus molestus in faucibus est: nauseat, haud rarò etiam contenta evomit, ven-



trculus ; interdum etiam fluit alvus : inflammantur oculi et illachrymant.

XI. Internæ fauces introspicienti tumidæ apparent, et igneo rubore. At tumor tamen haud ita magnus est ; nedum multùm impedit, quò minùs æger cùm cibos fatis commodè devoret, tum spiritum hauriat et emittat. Haud multò pòst, maculæ plurimæ albescentes vel cinereæ in faucibus observantur ; quæ membranâ, qua infident, vix eminentiores sunt, at singulæ circumfiniuntur interstitiis, quæ, pro morbi gravitate, colore variant à rubicundo ad subnigrum nigricantemve. Hæ maculæ magis latefcunt magisque, atque, quoties crustæ, quæ eas formant, resolvuntur et decidunt, ulcera conspiciuntur.

XII. Humor acris et fœtidus naribus effunditur, qui non has modò ipfas exedit, sed labia quoque ; neque profectò vero absimile est,

hunc humorem in stomachum et intestina devoratum, vomitum movere et diarrhœam.

xiii. Febris interea continuat: pulsus articularum parvus est, frequens et inæqualis: æger ægrè fert morbum; simulque anxius est, et ad animi deliquium proclivis. Posteriora hæc signa, vesperascente die, ingravescent; neque priùs levantur, quàm matutino somno brevi et inquieto fudor in summo corpore oritur, et aliquantum remittit febris.

xiv. Præ debilitate totius corporis, *animales* quæ nominantur *functiones*, imbecillæ sunt. Nonnunquam delirant ægri; nonnunquam sopore opprimuntur.

xv. Secundo ferè morbi die, facies, collum, et pectus efflorescent papulis, et nonnihil tument. Hæ papulæ interdum exiguæ et discretæ sunt, sed plerumque confertæ, rubræ et con-

fluentes. Manus haud rarò rubent usque ad digitorum summitates.

xvi. Papulæ neque certo tempore apparent, neque ad certum tempus perstant. Plerumque verò, quatuor ferè diebus, resolvuntur à cuticula, et squamatim decidunt. At neque papulis erumpentibus neque evanescentibus remittit semper morbus. Contrà, delirium cæteraque periculosa signa singulis sæpe horis ingravescent, atque æger, quarto quintove morbi die, plerumque ante septimum, moritur.

xvii. Morbi mitioris, qualis mortem non denunciat, signa, quæ spem injiciunt aut securitatem pollicentur, tertio, quarto, quintove die sese ostendunt. Papulis evanescentibus, calor summæ cutis minuitur; pulsus ex celerrimo tardior fit; ulcera faucium internarum paulatim sanescunt; atque, somnò naturali et appetitu redeuntibus, æger tandem ad salutem redit.

## DIAGNOSIS.

XVIII. SOLI morbi, inter quos et *cynanchen malignam* tanta signorum communitas est, quanta errorem creare possit, sunt *cynanche tonsillaris* et *scarlatina anginosa*. Quibus itaque notis hi morbi ab illo dignoscantur, hìc loci paucis dicendum est.

XIX. *Cynanche tonsillaris*—robustos et validos adoritur; eique tam impuberes quàm adulti, tam mares quàm foeminæ, opportuni sunt. Contrà, *cynanche maligna* infantes et pueros, potiùs quàm puberes, invadit; foeminas, quàm mares; atque naturâ imbecillos, et morbis debilitatos, quàm constitutione corporis firmos, et prosperâ valetudine gaudentes.

XX. Quinetiam, *cynanche maligna* pestilens est, atque autumnò præcipuè et hieme grassatur.

*Cynanche tonsillaris* nunquam contagione vulgatur, atque verno potissimum tempore fauces inflammatione afficit. Ille morborum pulsu articularum celeri, imbecillo et inæquali cognoscitur; hic, frequente, valido et duro. Ille duntaxat levem faucium dolorem movet; hic, contrà, gravissimum. Denique, nausea, vomitus, diarrhœa, ulcera faucium fœtida, magna debilitas, perpetua anxietas et præcordiorum gravitas, delirium, et hebetes oculi, plùs fatis ostendunt, ægrum *cynanche malignâ* laborare.

XXI. *Scarlatinam anginosam*—à *cynanche malignâ* distinguere, haud æquè facile est. Nullam inter eas differentiam, seu dissimilitudinem, esse, qua clarè dignoscantur, mihi videtur. Genere convenire, gradu differre, adductus propterea sum, ut credam, quòd, ut sæpe vidi, ex eodem tabo pestilente enascuntur.

XXII. Eiusdem generis varietates esse, opinantur multi auctores, clari in primis; præci-



puè WITHERINGIUS, qui in *scarlatinam anginosam*, summam diu curam intendit, eandemque accuratè et luculenter descripsit. Diu existimavit, *cynanchen malignam* et *scarlatinam anginosam* diversos genere esse morbos; sed longâ observatione et experientiâ inductus est, ut in contrariam iret opinionem. In re verò tantâ ipsius verba ponam.

XXIII. “ Since the year 1778, an epidemic  
 “ has frequently presented itself to my observa-  
 “ tion, both in the town of BIRMINGHAM and  
 “ its neighbourhood, as well as in several parts  
 “ of the surrounding counties. From the most  
 “ assiduous attention to the subject, ever since  
 “ that time; from observing it, in every differ-  
 “ ence of season, exposure, age, and tempera-  
 “ ment; I am now persuaded, that the *scarlati-*  
 “ *na anginosa* and the *angina gangrænosa* consti-  
 “ tute but one species of disease; that they  
 “ owe their existence to the same specific con-  
 “ tagion; that the varieties, in their appear-



“ance, depend upon contingent circumstances ;  
 “and that the greatest differences are not  
 “greater than those of the distinct and con-  
 “fluent small pox \*.”

XXIV. Si omnia adducerem argumenta, quibus confirmaretur hæc (xxiii.) opinio, non solum tempus inutiliter consumerem ; sed etiam declinarem à proposito, atque fines hujusmodi disputationi concessos transgrederer. Nullâ igitur morâ, ad causas transibo, ex quibus oritur morbus, quem persequor.

---

\* Vid, WITHERING. *On Scarlet Fever and Sore Throat*, p. 8.

## CAUSÆ REMOTÆ.

XXV. Hujus generis causarum aliæ humanum corpus morbo opportunum faciunt; aliæ in opportuno corpore morbum excitant. Illæ, medicorum linguâ, *prædisponentes* nominantur; hæ, *excitantes*. De utrisque ordine pauca dicenda sunt.

XXVI. *PRÆDISPONENTES*.—Ad causas, quæ nostra corpora in *cynanchen malignam* proclivia reddunt, pertinet laxitas fibrarum, ex quibus musculi constituuntur. Hinc patet ratio, quare infantes, præ adultis, hic morbus adoriatur; quare fœminas naturâ et sedentariâ vitâ delicatas et laxas, præ maribus robustis, laboriosis, et musculis firmioribus: etenim corpora, uti observârunt medici, utcunque laxata, cæteris aptiora existunt, quæ periculoso hoc morbo corripiantur.

XXVII. Eodem item genere comprehenditur debilitas. Effici autem hæc potest plurimis causis, veluti fatigatione qualibet; diætâ tenui et parcâ; magnis profluviis seu fanguinis, seu alvi, seu mensium; animo seu timore, seu mœrore, seu aliâ qualibet ægritudine demisso; frigore et humore corpori diu admotis; ebriositate; et mulierositate: quæ sanè omnia, ut factis supèrque constat, corpora hominum debilitando morbis pestilentibus opportuniora reddunt.

XXVIII. *EXCITANTES.*—Ad hoc causarum genus pertinet paludum anhelitus. Multi enim maligni morbi palustrium locorum exhalationibus enascuntur; præcipuè, si æstuante sole harum vis intendatur.

XXIX. Quàm insalubres sint vapores paludum et palustrium locorum, EUROPEI, qui in BATAVIA INDIE ORIENTALIS peregrinantur, nimis cognoscunt. Fortes ibi viri plurimi, æ-

tate florentes, quotannis humidi cœli gravitate pereunt; atque, uti semel observavi, morborum, quibus absumuntur, unus *cynanche maligna* est.

xxx. Ejusdem (xxviii.) generis sunt vapores, quos exhalant putrescentia, seu excrementa cadaverave animalium, sive emortua ea quæ terrâ nascuntur. Hanc ob rem, carceres, naves, valetudinaria, castra, ubi magna vis hominum in arctum spatium congregatur, hujus pestis fœcunda sunt; maximè, si idonea simul vestitûs et munditiæ ratio non habeatur.

xxxi. Ortum pestilens his (xxviii.—xxx.) parentibus tabum, *cynanchen malignam* generat; lethalem fanè morbum, qui, primùm ut generatus, ministeriis in vicem, et contactu longè latèque grassatur.

## CAUSA PROXIMA.

XXXII. NUNC inter omnes ferme auctores convenit, proximam *cynanches malignæ* causam esse tabum pestilens sui generis, quod aliquo corpus modo penetravit.

XXXIII. “Causa,” ait HOMIUS, “proxima  
 “hujus morbi est *miasma* quoddam sui generis  
 “corpori ab aëre vel corporibus antea affectis  
 “communicatum. Frequens morbi ad astan-  
 “tes et totam familiam, per spiritum vel fa-  
 “niem ore rejectam, transmissio, morbum con-  
 “tagiosum demonstrat.”

XXXIV. At qua tamen naturâ sit hoc (xxxii.) tabum, et quemadmodum in corporibus humanis, quæ penetraverit, signa sibi propria concitet, prorsùs ignoratur, et diu forsitan ignorabitur. De re igitur ignota, filere fatius videtur, quàm inania et fortasse falsa dicere.

## PROGNOSIS.

xxxv. Quum, uti medici comperti sunt, *cynanche maligna* tam sæpe in gangrænam transeat, aut diarrhœâ ægri vires exhauriat; æger multùm periclitatur, præcipuè si medicum non tempestivè advocaverit.

xxxvi. Ubi nausea, vomitus et purgatio vehementer urgent, ægrotus brevi plurimùm debilitatur, neque cætera mala, quæ parit morbus, ferre potest. Mali igitur morbi testimonium est, si, unà cum his, febris nihil remittit. Neque verò bonum signum est, caput atque dorsum graviter dolere, simulque ægrum mente alienari. In summo periculo versatur, cui in faucibus ulcera livefcunt aut nigricant; cui summa cutis inardescit; cujus ex ore halitus admodum foetet; cuique lingua nigrâ crustâ ob-



tegitur. Denique, fervari vix potest is, cujus ex naribus sanguis subinde profluit.

XXXVII. Contrà, scire licet, ægrum non periclitari, si ulcera rubescunt; si vomitus et diarrhœa vel non omnino, vel paulisper tantùm, urgent; si ægro mens constat, oculique, sicut fani, nitent; si, post papulas ortas, signa aliquantùm remittunt, et adhuc magis, quo tempore hæ à cute resolutæ squamatim decidunt.

XXXVIII. Medicorum interest animadvertere, qualis tempestas sit; quid anni tempus; qualis ægri corporis habitus: sine enim horum notitia, non facilè quicquam in futurum præfagire poterunt.

XXXIX. Verùm, etiam his (xxxvii. et xxxviii.) cognitis, caveant medici, ne, de *cynanches malignæ* eventu, quid temerè vel inconsideratè prædicant: nam fallax adeò morbus est, ut haud rarò lætam salutis spem, quam injecerint, brevi vanam et irritam faciat.

## CURATIO.

XL. NUNC ad longè utilissimam rei nostræ partem transeundum est; in qua quàm paucissimis dicendum, qua ratione morbus periculosus, quem persequimur, ad sanitatem perducatur.

XLI. Hunc in finem, medici alia atque alia medicamenta experti sunt, pro opinione, quam de morbi natura tenuerunt. De horum præcipuis, pauca dicemus.

XLII. *SANGUINIS MISSIO*.—Medici olim, præfertim HISPANICI et ITALICI, præcipere, ut, ineunte *cynanche malignâ*, mitteretur ex ægro sanguis, solebant. Atque, quum, apud medicos aliorum vestigiis inhærentes, potiùs quàm rationi insistentes, diu morbi cognitio extra artem, medicina intra usum esset, mos sanguinem,

initio hujus morbi, incisâ venâ, mittendi, usque ad FOTHERGILII tempus inveteravit.

XLIII. Hic verò medicus, ex doctrina et ingenio clarus in primis, naturâ *cynanches malignæ* meliùs cognitâ atque intellectâ, non tanti putavit auctores, quanti ægros; ideoque missionem sanguinis, quæ, sicuti periculo compertus est, non modò non prodest, sed ægrum ferè jugulat, vehementer improbavit. Sed in re tanta auctorem ipsum pro me ponam.

XLIV. I. “ Bleeding in this disease, has, in  
 “ general, been observed to be prejudicial:  
 “ some indeed admit of it, at the first attack,  
 “ without any sensible inconvenience; but a  
 “ repetition of it, even when the disease is mild  
 “ and favourable, seldom fails to aggravate  
 “ the symptoms, and in some cases it appears  
 “ to have produced very fatal consequences.

2. “ The heat, restlessness, delirium, and

“ difficulty of breathing, which this evacuation  
 “ commonly prevents or mitigates in other  
 “ cases, in this are increased by it, nor does  
 “ the swelling of the tonsils, fauces, &c. seem  
 “ to receive the least benefit from it; on the  
 “ contrary, though the fullness of these parts  
 “ decreases, yet the moughs thicken, or change  
 “ to a livid or black colour, the external tu-  
 “ mor grows large, and the spitting continually  
 “ diminishes.”

3. In subnexus adjicit “ the heat, indeed, and  
 “ quickness of the pulse, seem, at first, to be  
 “ affected by this evacuation; but they com-  
 “ monly return, after a fallacious respite, with  
 “ greater violence. The patient is seized with  
 “ difficulty of breathing, falls into cold sweats  
 “ and stupor, and dies suddenly\*.”

XLV. FOTHERGILIO, hac de re, accedit

---

\* Vid. FOTHERGIL. *On the Ulcerous Sore Throat.*

HUXHAMUS, auctor gravissimus, qui *cynanchen malignam* accuratè descripsit. Opinionem horum medicorum recentiores auctores confirmant; atque, nostris temporibus, sanguinem ex iis hoc morbo correptis mittendi usus, ex toto, exolevit.

XLVI. Namque, etiamsi initio fauces inflammatione afficiantur, tamen, modò ex cæteris signis sit, quamobrem *cynanche malignâ* ægrum corripere suspicemur, fatius erit permittere, ut inflammatio in suppurationem transeat, quàm sanguinem detrahendo vires dissipare, usque eò forsitan, ut æger vim reliqui morbi ferre nequeat; id fanè, quod cautissimè vitandum est.

XLVII. PURGATIO—vix minùs iis, qui *cynanche malignâ* laborant, nociva est, quàm missio sanguinis. Hujus morbi ratio tantùm postulat, ut alvus leniter solvatur; id, quod tutò fieri potest esculentis laxantibus, fructibus maturis,



aut emollientibus lenioribus ex inferiore parte infufis.

XLVIII. *VOMITIO*,—ineunte *cynanche malignâ*, ægris haud parùm prodest; non folùm ventriculũ fordibus liberando, fed etiam eas faucium partes detergendo quæ gargarizari nequeunt.

XLIX. Quæ, hunc in (xlviij.) finem, vomitoria ab ægro affumenda fint, ex cognita morbi ratione judicandum eft, et viribus, quæ ægro superfint. Plerumque tamen *ipecacuanæ* primas concedunt medici, quia alvum minùs afficit, quàm præparata vomitoria ex *antimonio*.

L. *EXULCERATIO*—externarum faucium, *cynanche malignâ* laborantibus, initio, multùm opitulatur. Quinetiam, exulceratoria, ventriculi regioni impofita, haud rarò fiſtunt vomitum, quem alia medicamenta fedare nequîerunt.



LII. *ACIDA*,—vegetabilia seu mineralia, illa verò præcipuè, morbo, de quo disputatur, implicitis non solùm grata in primis sunt, sed etiam multùm proficiunt. Si verò, uti interdum, alvum moveant, protinus intermittenda sunt.

LIII. *GARGARIZATIONES*.—Maxima înterea oris et faucium cura habenda est, ne sordibus turpiter squaleant. Hoc consilio, gargarizanda subinde sunt medicamentis, ex iis quæ putredini obstant. Infantium, qui ipsi gargarizatione uti nequeunt, ora et fauces chirurgus aut affidentes, ejusdemmodi medicamentis, clysteris ope immisissis, gargarizare possunt.

LIII. Varia, quibus gargarizentur fauces, medici experti sunt. Aqua verò, qua maceratæ rosæ sint, aut aqua cocta ex *cinchonæ* cortice, quam gratè acidulam additum *acidum sulphuricum* reddiderit, cæteris fortasse anteponenda est.

LIV. *CINCHONÆ CORTEX*.—Cæteris verò medicamentis, quibus *cynanche malignæ* subveniatur, primas *cinchonæ* cortici deferunt medici; qui, uti monet CULLENUS, ab initio morbi, usque ad finem, ægris parcâ haud manu porrigi debet. Quàm optimè hoc medicamentum morbo conveniat, docet quotidiana medicorum experientia.

Lv. Hujus corticis pulvis, dummodo ventriculo idoneus sit, præparatis ex eo anteferendus est. Si, quod interdum accidit, alvi profluvium movet, singulis dosibus paucas *tincturæ opii* guttulas addere oportet. Accidit interdum, ut infantes hoc medicamentum nequeant vel nolint assumere. Tunc ejusdem copia, à duabus drachmis ad semunciam, in alvum subterdari debet.

LVI. *VINUM*—medicamentorum, quæ *cardiaca* nominantur, iis, qui *cynanche malignâ* laborant, longè optimum est et jucundissimum.

Vel adhibeatur unà cum *cinchonæ* cortice, vel temperatum aquâ et saccharo in potum gratissimum, quem nostrates *negum* nominant. Quantum vini assumendum sit, judicabit medicus, considerando quæ sit ægroti ætas, et animadvertendo ex illo, necne, commodum hic accipiat.

LVII. Vinum eâ copiâ assumptum, quam morbi ratio requirat, ægris plerumque multimodis opitulatur. Namque delirium sedat; pulsus arteriarum tardiores, at validiores, reddit; calorem cutis minuit, et lenem haud rarò elicit sudorem; atque, mirum in modum, anxietatem et præcordiorum gravitatem levat, somnumque conciliat.

LVIII. *OPIUM*,—ad alvi profluvium, quo ægri vires sæpe admodum dissipantur, inhibendum plurimum pollet. Ni hoc profluvium opportunè sistatur, vel saltem tardetur, brevi ægrum in extremum discrimen adducit. Ad

continendam quoque alvum, si quando nimis fluit, vinum, in quo coctum cinnamomum fit, efficacissimum est.

LIX. Simul ut *cynanche maligna* invasit, æger in lectum se recipere debet; atque, si, post assumptum vomitorium, nausea et vomitus justo diutius vexant, ferme sedari possunt *citrate potassæ* effervescente, cui viginti quinque seu triginta *tincturæ* opii guttulæ additæ sunt.

LX. *MUNDITIA*.—Maximi momenti est, cubiculum, ubi æger lecto tenetur, quàm maximè purificare, et aëra in id per fenestras apertas subinde intromittere; simulque ægrum ipsum stragulis non opprimere. Quantùm hoc morbo ægris munditiæ ratio constans proficiat, ipse, duos abhinc annos, compertus sum. Res, uti erant, breviter narrabo.

LXI. I. Puella decennis haud obscuro loco nata, quæ maximâ vi *cynanches malignæ* labora-

bat, ad sanitatem perducta est multo usu *cinchonæ* corticis, et *vini rubri Lusitanii*. Præterea verò aëri frigido exposita est, atque spongiâ fucidâ mixtis aquâ et aceto subinde extersa; quibus minuebantur delirium et cutis calor, quæ utraque eam admodum vexabant.

2. Inductus sum, ut hanc (lxi. i.) curationem experirer, magno levamine, quod accepit ex aqua frigida, quam ei roganti ut biberet permissum est.

3. Hæc ægra magnam vim humoris purulenti et acerrimi profudit ex naribus et auribus; et, quod mirum, etiâmsi se cæteroquin confirmaverit, hæctenus tamen furda est.

LXII. Lintea ægrorum vestimenta frequenter novanda sunt, et omnia excrementa quamprimum ex cubiculo submovenda. Lecto quoque, quo affiguntur, acetum aspergere utilissimum erit, et haud scio annon etiam cubiculum, modo



quem proposuit CARMICHAEL SMITHIUS, nunquam fumigare.

LXIII. Haud rarò accidit, ut ii, qui hoc morbo defuncti sunt, tardissimè pristinum vigorem recuperent. Quò igitur citiùs confirmentur, debent cœlum aliquandiu mutare; se quotidie sub Jove sicco et puro leniter exercitare; diætâ nutriente, et concoctu facili vivere; et, quoties opus videatur, *cinchonæ* cortice et modico vini usu sibi indulgere.

FINIS.





---

ERRATUM.

*Pög. 11. lin. 9. pro an lege our.*

---





DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

ERYSIPELATE.









